ARCHIMEDIS

OPERA OMNIA

CUM COMMENTARIIS EUTOCII.

E CODICE FLORENTINO RECENSUIT, LATINE UERTIT

NOTISQUE ILLUSTRAUIT

J. L. HEIBERG

DR. PHIL.

UOLUMEN I.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXX.

117299

LIBRARY
LELAND STANFORD JUNIOR
UNIVERSITY

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

I. N. MADUIGIO

UIRO DOCTISSIMO, CLARISSIMO, HUMANISSIMO

EDITOR DISCIPULUS.

PRAEFATIO.

Opus magnum et difficile, sed necessarium et ab omnibus, qui hanc partem litterarum adtigerunt, iam diu desideratum, ad quod dissertatione mea, quae inscribitur Quaestiones Archimedeae (Hauniae MDCCCLXXIX), uiam, quantum potui, muniui, ut opera Archimedis tandem aliquando e legibus artis criticae ederentur et ita, ut philologis quoque non res modo, sed etiam uerba ipsa et quasi manum Archimedis requirentibus satisfieret, id iam ipse efficere conabor. nam quod primum omnium faciendum erat, ut codex Florentinus praestantissimus denuo diligenter conferretur, id mihi Florentiae facere licuit mense Octobri anni MDCCCLXXIX, quo profectus eram pecunia Instituti Carlsbergici adiutus. quam ob liberalitatem iis uiris, qui huic instituto praesunt, gratias hoc loco ago quam maximas, in primis I. N. Maduigio, uiro doctissimo et clarissimo, praeceptori meo, qui ceteris suis beneficiis hoc quoque adiunxit.

eodem itinere etiam codicem Uenetum inspexi et in Arenario totum contuli.

collato codice Florentino mihi persuasi, quaestionem de necessitudine et coniunctione codicum Archimedeorum, de qua egi Quaest. Arch. cap. VI, retractandam esse; quare de hac re ad finem huius editionis

uberius disputabo. hoc loco pauca tantum dicenda sunt de ea ratione, quam in hac editione comparanda secutus sum.

in uniuersum editionem Pappi, quam parauit Fr. Hultsch, uir doctissimus, tamquam exemplar omnium consensu comprobatum mihi imitandam proposui. itaque non modo notas criticas Graecis uerbis subiunxi, sed etiam interpretationem Latinam addidi, ad quam notae res mathematicas plerumque explicantes adcedunt.

Primum igitur quod ad adparatum, quem uocant, criticum adtinet, eum ita comparaui, ut id maxime adpareret, quid quoque loco praeberet codex Florentinus, et sicubi emendanda erat scriptura eius, quis emendationis auctor esset. quare ubicunque a codice Florentino discessi, in notis eius scripturam primo loco posui, deinde adiunxi emendatae scripturae auctorem, ita ut, ubi nihil ultra additum est, omnes auctores tempore medios, ubi nonnullorum scriptura discrepans enotata est, ceteros certe cum codice Florentino consentire intellegendum sit. qua in re hoc tamen tenendum est, errores apertos codicum Parisiensium prorsus omissos esse. ubi sola scriptura codicis Florentini indicatur, errores eius iam in ceteris codicibus correcti sunt, si collationibus Torellianis fides habenda est; sed non dubito, quin in multis eius modi locis scriptura codicum Parisinorum parum diligenter enotata sit (Quaest. Arch. p. 111 sq.). in locis grauioribus*) codices Parisinos inspexit Henricus Lebègue mea causa rogatus a Carolo Graux, uiro doctissimo mihique ami-

*) Scripturis codd. Parisin., de quibus me certiorem fecit *H. Lebègue, stellulam* adfixi.

cissimo; sed in minutiis iis molestus esse nolui; sic quoque quae mea causa fecerunt, permagna sunt et summa gratia digna, quam me iis habere hoc loco testor. — scripturam discrepantem editionum Basileensis et Torellii totam recipere opus esse non putaui, sed quidquid ad uerba Archimedis emendanda inde sumi posse uidebatur, excerpsi. ceterum saepissime codicem Florentinum secutus a Torellio tacite discessi, et in eiusmodi locis silentium pro testimonio scripturae codicis Florentini esto, sicut etiam ubi scripturam eius aliter, ac Bandinius in collatione sua ad editionem Basileensem facta, quae apud Torellium exstat, indicaui, mihi credi uelim.

in commentario critico his compendiis usus sum:

F = codex Florentinus Laurentianus plut. XXVIII, 4.
V = codex Uenetus St. Marci CCCV.
A = codex Parisiensis Nr. 2359.
B = codex Parisiensis Nr. 2360.
C = codex Parisiensis Nr. 2361.
D = codex Parisiensis Nr. 2362.
ed. Basil. = editio Basileensis 1544 fol.
Cr. = interpretatio Iacobi Cremonensis ei addita.
uulgo = significat consensum omnium auctorum praeter eos, qui diserte nominati sunt.
corr. = correxit.
comp. = compendium.

Qui recentiore tempore de Archimede scripserunt uiri docti, haud ita multi sunt, neque ad scripta eius emendanda multa contulerunt. quibus uti potui subsidiis, haec sunt:

Riualtus — Archimedis opera. Parisiis 1615 fol.
Torellius — *Archimedis opera.* Oxonii 1792 fol.

Commandinus — A. opera nonnulla latine. Uenetiis 1558 fol.

Wallis — A. arenarius et dimensio circuli. Oxonii 1678. 8. — Opera III p. 509 sq.

Sturm — Des unvergleichlichen Archimedis Kunstbücher, übersetzt und erläutert. Nürnberg 1670 fol.

Barrowius — Opera Archimedis methodo novo illustrata et demonstrata. Londini 1675. 4.

Hauber — A. über Kugel und Cylinder und über Kreismessung, übersetzt mit Anmerkungen. Tübingen 1798. 8.

Gutenäcker — A.'s Kreismessung griechisch und deutsch. Würzburg 1828. 8.

Nizze — A.'s vorhandene Werke, übersetzt und erklärt. Stralsund 1824. 4.

Censor Ienensis (Jen.) — Uir doctus ignotus, qui de editione Torellii censuram proposuit Jenaer Litteraturzeitung 1795 Nr. 172—73 p. 610—23.

Wurm — Fr. Wurmii censura editionis Gutenäckeri Jahns Jahrbücher XIV p. 175—85.

emendationes nonnullas ipse proposui Quaest. Arch. cap. VII et in editione Arenarii ei libro adiuncta, quarum partem nunc improbaui, plerasque recepi. in Eutocio quaedam emendare conatus sum Neue Jahrbücher für Philologie und Pädagogik, Supplementband XI p. 375—83.

In interpretatione Latina, quam totam de meo conscripsi, id maxime secutus sum, ut ubique sensus satis dilucide adpareret, et Archimedea orationis forma et demonstrandi ratio quam maxime seruaretur, ita *tamen ut, ubi fieri* posset, ea, quae Archimedes uerbis

exposuerat, signis, quibus nostri mathematici utuntur, exprimerem. quod ut fieret, interdum ab usu linguae Latinae longius discedere coactus sum, maxime in collocatione uerborum, et parum Latine loqui, ne aut obscura esset interpretatio aut a Graecis uerbis nimis discreparet. in multorum uerborum interpretatione Hultschium secutus sum, uelut, eo praeeunte pro Graecorum *διπλάσιος* cett. sequente genetiuo dixi: duplo maior quam, cett. (Hultsch: Pappus I p. 59 not. 1); sed ubi haec orationis forma minus apta erat, uelut pro Graeco *διπλασίονα λόγον ἔχειν*, scripsi: duplicem rationem habere quam, et similia (cfr. Liuius XXXIV, 19, 4; Columella I, 8, 8; Plinius h. nat. XIX, 9; Quintil. II, 3, 3).[1])

In notis interpretationi adiunctis maxime id studui, ut supplerem, quae ab Archimede in demonstratione omissa erant, et locos obscuriores illustrarem. in libris de sphaera et cylindro et libello de dimensione circuli in notis indicaui, quaecunque de genuina scriptura Archimedis suspicari licet. hi enim libri non modo dialecto Dorica spoliati sunt, sed etiam plurimis locis reficti, cum transscriptor et adderet, quae ei necessaria uiderentur, et omitteret, quae abesse posse putaret, et omnino suae aetatis sermonem et rerum mathematicarum nomina, quae tum in usu erant, inferret. itaque cum intellegerem, in his libris manum Archimedis restitui non posse, satius duxi recensionem posteriorem sequi et tantum modo apertissimos scribendi errores corrigere. sed praeter quam quod,

---

[1]) *Hos locos indicauit mihi O.* Siesbyeus, uir doctissimus.

ut dixi, in notis indicaui genuinam Archimedis scripturam, ubicunque aut constabat aut probabili coniectura restitui poterat, etiam additamenta plurima in Graecis uerbis uncis [ ] inclusi, in interpretatione omisi; in interpretatione contra uncis [ ] inclusa sunt, quae ipse addidi ad Archimedis uerba et demonstrationis rationem illustranda. de additamentis illis cfr. quae scripsi Quaest. Arch. p. 69—78 et Neue Jahrbücher Suppl. XI p. 384—398. in iis locis, quos postea subditiuos esse intellexi, semper causam in notis breuiter indicaui; de ceteris satis esto semel hic illas duas disputationes citasse. unum locum tamen, in quo longiore disputatione opus est, hic uberius tractare libet.

de sphaera et cylindro I, 41 (apud Torellium I, 47) p. 172, 8: *καὶ ὡς ἄρα τὸ πολύγωνον πρὸς τὸ πολύγωνον, ὁ M κύκλος πρὸς τὸν N κύκλον*] sint spatia rectangula lateribus polygonorum (P, p) et lineis angulos iungentibus comprehensa S, s; quae aequalia sunt radiis (R, r) quadratis circulorum M, N. et circulis N, M aequales sunt superficies figurarum circumscriptae et inscriptae (O, o). iam Archimedes inde, quod est

$$S : s = EK^2 : \Lambda\Lambda^2,$$

concludi uult $O : o = EK^2 : \Lambda\Lambda^2$. si genuina essent uerba illa, hoc sic efficeret: $S : s = EK^2 : \Lambda\Lambda^2$, sed $S : s = R^2 : r^2 = M : N$, et $EK^2 : \Lambda\Lambda^2 = P : p$; quare $P : p = M : N$; sed $M : N = O : o$ et $P : p = EK^2 : \Lambda\Lambda^2$; quare $O : o = EK^2 : \Lambda\Lambda^2$. quod quam prauum sit, nemo non uidet; nam polygonorum prorsus peruerse mentio iniecta est, cum deberet sic concludi:

$$S : s = R^2 : r^2 = M : N = O : o;$$

sed $S : s = EK^2 : \Lambda\Lambda^2$; quare $O : o = EK^2 : \Lambda\Lambda^2$.

augent malum uerba sequentia lin. 13: *τὸν δὲ αὐτόν, ὃν καὶ τὸ πολύγωνον* (debebat esse *τὰ πολύγωνα*), quae praecedere debebant uerba: *διπλασίονα λόγον ἤπερ ἡ ΕΚ πρὸς ΑΛ*, cum hoc ex illo concludatur. adparet igitur, hos duos locos subditiuos esse. sed repugnare uidetur Eutocius, qui haec habet: *ἐπεὶ δέδεικται, ὅτι ἐστὶν ὡς τὸ πολύγωνον πρὸς τὸ πολύγωνον, οὕτως ὁ Μ κύκλος πρὸς τὸν Ν.* sed puto, eum minus proprie loqui et ad ipsam rationem ab Archimede in priore parte propositionis demonstratam $O : o = EK^2 : \Lambda\Lambda^2$ respicere. nam cum $O : o = M : N$ (ex hypothesi) et

$$EK^2 : \Lambda\Lambda^2 = P : p \text{ (Eucl. VI, 20)},$$

hinc ratio $P : p = M : N$ tam facile sequitur, ut Eutocius recte dicere possit, hanc rationem simul cum illa demonstratam esse. eodem modo Archimedes dicit: *ἐδείχθη δὲ ὡς ἡ ΕΚ πρὸς ΑΛ, οὕτως ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Μ κύκλου πρὸς τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ν κύκλου* (p. 174, 13), cum tamen hoc tantum demonstrauerit: $O : o = EK^2 : \Lambda\Lambda^2$, unde facile concluditur $R : r = EK : \Lambda\Lambda$. subditiua esse uerba illa, hinc quoque adparet, quod Archimedes prop. 42 p. 176, 25 hanc ipsam rationem $O : o = P : p$ proponit his uerbis additis: *ἑκάτερος γὰρ τῶν λόγων διπλάσιός ἐστι τοῦ, ὃν ἔχει ἡ τοῦ περιγεγραμμένου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου πλευράν* (h. e. $EK : \Lambda\Lambda$). haec uerba sine dubio in prop. 41 addidisset, si ibi quoque hac ratione uti uoluisset; et praeterea Eutocius ad prop. 42 uerba *ἑκάτερος γὰρ κτλ.* illustrat, cum tamen satis esset uerba ipsius Archimedis ex prop. 41 adferre. quare puto, uerba illa a transscriptore ad similitudinem propositionis 42 interposita esse. hoc

ideo quoque pluribus uerbis exposui, ut uno saltem exemplo additamentum manifeste argueretur, qualia in his libris plurima occurrunt.

in his igitur libris dialectum Doricam restituendam non esse putaui, in ceteris uero in uniuersum eam tenui rationem, quam proposui Quaest. Arch. p. 78 sq., sed eam aspere exigendam esse non censui, ut potius cautior essem, quam ut in contrarium uitium inciderem.

Quibus subsidiis in epigrammate et iis libris, qui Latine tantum exstant, usus sim, suis locis dicetur. nunc finem faciam, cum ante gratias egero Nicolao Anziani, uiro doctissimo, praefecto bibliothecae Laurentianae, cuius humanitatem egregiam Florentiae cognoui.

haec habui, quae dicerem de consilio meo in hac editione paranda. utinam ne uires meae tanto oneri nimis impares sint!

Scripsi Hauniae Id. Decemb. MDCCCLXXIX.

DE SPHAERA ET CYLINDRO

LIBRI II.

α'.

Ἀρχιμήδης Δοσιθέῳ χαίρειν.

Πρότερον μὲν ἀπεστάλκαμέν σοι τὰ εἰς τότε τεθεωρημένα γράψαντες μετὰ τῶν ἀποδείξεων αὐτῶν· ὅτι πᾶν τμῆμα τὸ περιεχόμενον ὑπό τε εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομῆς ἐπίτριτόν ἐστι τριγώνου τοῦ τὴν αὐτὴν βάσιν ἔχοντος τῷ τμήματι καὶ ὕψος ἴσον· μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιπεσόντων θεωρημάτων τινῶν ἀνελέγκτων, πεπραγματεύμεθα τὰς ἀποδείξεις αὐτῶν. ἔστιν δὲ τάδε· πρῶτον μέν, ὅτι πάσης σφαίρας ἡ ἐπιφάνεια τετραπλασία ἐστὶ τοῦ μεγίστου κύκλου· ἔπειτα δέ, ὅτι παντὸς τμήματος σφαίρας τῇ ἐπιφανείᾳ ἴσος ἐστὶ κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ εὐθείᾳ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ τμήματος ἀγομένῃ ἐπὶ τὴν περιφέρειαν τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ τμήματος· πρὸς

---

1. *χαίρειν*] *εὐπράττειν* B. 2. *ἀπεστάλκαμέν*] VAD; *ἀπέσταλκά* F; *απεσταλκα* ceteris uerbis: *σοι* — — *αὐτῶν* lin. 3 omissis B; „misi" Cr. *εἰς τότε*] *δυς ποτε* F. *τεθεωρημένα*] *θεωρημένα* F. 3. *τῶν*] om. F. *αὐτῶν*] om. F lacuna relicta. 4. *τε εὐθείας καί*] B; om. F; „a recta et" Cr. 5. Inter *ἐπι-* et *τριτον* lacunam habet F. *τριγώνου τοῦ*] om. F; *τριγώνου τοῦ ἔχοντος* B. 6. *τὴν αὐτὴν βάσιν*] *βάσιν τὴν αὐτήν* B; *ταύτην τὴν βάσιν* F. *ἔχοντος*] om. B. 7. *μετὰ δὲ ταῦτα*] lacunam B. *ἐπιπεσόντων*] *ἀποπεσον τῶν* F; *πεσοντων* B. „nunc autem quorundam occurrentium" Cr. *τινῶν ἀνελέγκτων*] *αντιλεγον* F, lacunam B; „quae effectu probata videntur" Cr. 8. *πεπραγματεύμεθα*] Riualtus; *πεπραγματευον δὴ μετά* F; *πεπραγμα* relicta lacuna B. *αὐτῶν*] *αὐτά* F; *αὐτά — πάσης* lin. 9 om. B lacuna relicta; „demonstrationes *conscripsimus*" *Cr.* 9. *τάδε*] *τι τάδε* F; „huiusmodi" Cr.;

I.

Archimedes Dositheo s.

Antea ad te misi, quae ad id tempus perspexeram, demonstrationibus adiunctis conscripta: quoduis segmentum linea recta et parabola comprehensum tertia parte maius esse triangulo eandem basim habenti, quam segmentum, et altitudinem aequalem.[1]) postea autem cum incidissem in theoremata quaedam nondum demonstrata, demonstrationes eorum confeci. sunt autem haec: primum cuiusuis sphaerae superficiem quadruplo maiorem esse circulo maximo[2]); deinde cuiusuis segmenti sphaerae superficiei aequalem esse circulum, cuius radius aequalis sit lineae a uertice segmenti ad ambitum ductae circuli, qui basis sit segmenti.[3]) et praeterea quemuis cylindrum basim

Huius epistulae restitutionem dedi Quaest. Arch. p. 131, quam hic secutus sum. tota exstat in FB solis (Quaest. Arch. p. 118—22). In VAD prima uerba: *Ἀρχιμήδης — σοι* lin. 2 exstant; reliqua pars paginae primae uacat (Quaest. Arch. p. 117; cod. Uenetum postea ipse inspexi); deinde in summa pagina 2 sequuntur *καλῶς* cett. p. 6, 6. Haec sola uerba extrema habent C, ed. Basil.; interpretatio I. Cremonensis priorem partem solam praebet (Quaest. Arch. p. 122).

1) h. e. *τέτραγ. παραβ.* 17; 24.
2) h. e. *περὶ σφ. καὶ κυλ.* I, 30.
3) ibid. I, 39—40.

fort. *τοιάδε.* *πάσης*] *τῆς* F; „omnis" Cr. 10. *κύκλου*] *κύκλου τῶν ἐν αὐτῇ* B. *ἔπειτα*] post lacunam *εἶτα* B. 11. *κύκλος*] B; *κώνῳ* F; „circulus ille" Cr. 14. *βάσις* B; *βάσης* F.

δὲ τούτοις, ὅτι πᾶς κύλινδρος τὴν βάσιν ἔχων ἴσην τῷ μεγίστῳ κύκλῳ τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ διαμέτρῳ τῆς σφαίρας αὐτός τε ἡμιόλιός ἐστιν τῆς σφαίρας, καὶ ἡ ἐπιφάνεια αὐτοῦ τῆς ἐπιφανείας
5 τῆς σφαίρας. ταῦτα δὲ τὰ συμπτώματα αὐτῇ τῇ φύσει προυπῆρχεν περὶ τὰ εἰρημένα σχήματα, ἠγνοεῖτο δὲ ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν περὶ γεωμετρίαν ἀνεστραμμένων. νενοηκὼς δέ, ὅτι τούτων τῶν σχημάτων ἐστὶν οἰκεῖα, οὐκ ὀκνήσαιμι ἂν ἀντιπαραβαλεῖν αὐτὰ
10 πρός τε τὰ τότε τεθεωρημένα καὶ πρὸς τὰ δόξαντα ἀποδειχθῆναι ἀσφαλέστατα τῶν ὑπὸ Εὐδόξου περὶ τὰ στερεὰ θεωρηθέντων· ὅτι πᾶσα πυραμὶς τρίτον ἐστὶ μέρος πρίσματος τοῦ βάσιν ἔχοντος τὴν αὐτὴν τῇ πυραμίδι καὶ ὕψος ἴσον, καὶ ὅτι πᾶς κῶνος τρίτον μέρος
15 ἐστὶ τοῦ κυλίνδρου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὴν αὐτὴν τῷ κώνῳ καὶ ὕψος ἴσον. καὶ γὰρ τούτων προυπαρχόντων φυσικῶς περὶ ταῦτα τὰ σχήματα, πολλῶν πρὸ Εὐδόξου γεγενημένων ἀξίων λόγου γεωμετρῶν συνέβαινεν ὑπὸ

---

1. πᾶς] πάσης σφαίρας F, πάσης σφαίρας ὁ B; „cuiusque sphaerae" Cr.; fortasse retinenda erat scriptura cod. B et τῆς σφαίρας lin. 4 delenda. τὴν βάσιν] F; ὁ βάσιν μέν B. ἔχων] B; ἔχοντος F. ἴσην] F; τὴν αὐτήν B; om. Cr. 2. ἴσον] B; ἴσσον F. 3. τῇ] B; om. F. αὐτός τε ἡμιόλιος] B; τοτε ἡμιόλιον F. ἐστιν] F; ἐστι B. 5. δὲ τὰ . . . αὐτῇ] om. B; „haec autem accidentia" Cr. τῇ] om. F. ταῦτα μὲν τῇ φύσει Barrowius. 6. ἠγνοεῖτο] ἠγνόειστο F; γνοει B; οὐ μέντοι γέγονεν Riualtus; „uerum non fuerant superioribus cognita" Cr. 7. δὲ ὑπὸ τῶν] om. B, lacuna relicta; ὑπὸ τῶν om. F lacuna relicta; suppleuit Riualtus; „qui ante nos" Cr., qui sequentia omisit. ἀνεστραμμένων] ανε lacuna relicta FB; ἀνεσκεμμένων Riualtus. ἀνεσκεμμένων τεθεωρημένα Barrowius. 8. νενοηκὼς δέ] ενοηποτος F; νενοηκότος B; καὶ νοήσειεν Barrowius. ὅτι] ὅταν Riualtus; ὃς ἂν Barrowius. 9. ἐστιν] om. B. οἰκεῖα οὐκ] scripsi; om. lacuna relicta F, B; ταῖς ἀποδείξεσιν Riualtus. ὀκνήσαιμι ἄν] om. B; ἄν om. F. ἀντιπαραβαλεῖ B. 10. πρός τε τά] om. FB

habentem circulo maximo sphaerae aequalem, altitudinem autem diametro sphaerae aequalem, et ipsum dimidia parte maiorem esse sphaera, et superficiem eius superficie sphaerae dimidia parte maiorem.[1]) hae autem proprietates ipsa natura figuris, quas commemoraui, inde ab initio erant, ignorabantur autem ab iis, qui ante me geometriae studebant. sed cum intellexerim, eas harum figurarum proprias esse, non dubitauerim, eas eodem loco ponere, quo et ea, quae antea perspexi, et ea, quae putantur firmissimis documentis demonstrata esse eorum theorematum, quae Eudoxus de figuris solidis proposuit: quamuis pyramidem tertiam esse partem prismatis eandem basim habentis, quam pyramis, et altitudinem aequalem, et quemuis conum tertiam partem esse cylindri basim eandem habentis, quam conus, et altitudinem aequalem. nam cum hae quoque proprietates ipsa natura his figuris essent inde ab initio, accidit, ut ab omni-

Tota epistula usque ad *καλῶς* p. 6, 6 in F manu posteriore, saeculi, ut uidetur, XV, scripta est. Riualtus cod. B secutus est, cum lacunas eius partim coniecturis partim interpretatione I. Cremonensis Graece uersa suppleret. Torellius Riualti scripturam praebet receptis coniecturis Barrowii (Archimedis opera. Londini 1675. 4 p. 1—2); sed in initio *ἀπεστάλκαμέν σοι* e cod. Ueneto recepit.

1) h. e. I, 31 *πόρισμα*.

lacuna relicta. *τότε*] *τό* F; *τε* B. *θεωρημένα* B. *καὶ πρός*] *καίπερ* Riualtus; *ὥσπερ* Barrowius. 11. *ἀποδειχθῆναι ἀσφαλέστατα*] *πολλα* lacuna relicta F; *πολ* lacuna relicta B. *τῶν ὑπὸ Εὐδόξου*] om. F lacuna relicta; *ξου* post lacunam B; *τῶν ὑπὸ τοῦ Εὐδόξου* Riualtus. 12. *θεωρητεντων* F; *θεωρεθέντων* B; corr. Riualtus. 13. *μέρος ἐστί* B. *πυραμίδει* F. 15. *βάσιν μέν* Torellius. 16. *τούτων*] B; *πον τῶν* F; om. Torellius. 17. Inter *πρό* et *Εὐδόξου* lacunam habet B, sed mg. *ἐν τοῖς ἐσχάτοις χωρίοις τούτοις οὐδὲν λείπει.* 18. *ὑπό*] *τό* Riualtus; *ἀπό* Barrowius.

πάντων ἀγνοεῖσθαι μηδ' ὑφ' ἑνὸς κατανοηθῆναι. ἐξέσται δὲ περὶ τούτων ἐπισκέψασθαι τοῖς δυνησομένοις. ὤφειλε μὲν οὖν Κόνωνος ἔτι ζῶντος ἐκδίδοσθαι ταῦτα. τῆνον γὰρ ὑπολαμβάνομέν που μάλιστα ἂν δύνασθαι κατανοῆσαι ταῦτα καὶ τὴν ἁρμόζουσαν ὑπὲρ αὐτῶν ἀπόφασιν ποιήσασθαι· δοκιμάζοντες δὲ καλῶς ἔχειν μεταδιδόναι τοῖς οἰκείοις τῶν μαθημάτων, ἀποστέλλομέν σοι τὰς ἀποδείξεις ἀναγράψαντες, ὑπὲρ ὧν ἐξέσται τοῖς περὶ τὰ μαθήματα ἀναστρεφομένοις ἐπισκέψασθαι. ἔρρωσο.

Γράφονται πρῶτον τά τε ἀξιώματα καὶ τὰ λαμβανόμενα εἰς τὰς ἀποδείξεις αὐτῶν.

ΑΞΙΩΜΑΤΑ.

α'. Εἰσί τινες ἐν ἐπιπέδῳ καμπύλαι γραμμαὶ πεπερασμέναι, αἳ τῶν τὰ πέρατα ἐπιζευγνυουσῶν αὐτῶν εὐθειῶν ἤτοι ὅλαι ἐπὶ τὰ αὐτά εἰσιν ἢ οὐδὲν ἔχουσιν ἐπὶ τὰ ἕτερα.

β'. Ἐπὶ τὰ αὐτὰ δὴ κοίλην καλῶ τὴν τοιαύτην γραμμήν, ἐν ᾗ ἂν δύο σημείων λαμβανομένων ὁποιωνοῦν αἱ μεταξὺ τῶν σημείων εὐθεῖαι ἤτοι πᾶσαι ἐπὶ τὰ αὐτὰ πίπτουσιν τῆς γραμμῆς, ἤ τινες μὲν ἐπὶ τὰ αὐτά, τινες δὲ κατ' αὐτῆς, ἐπὶ τὰ ἕτερα δὲ μηδεμία.

---

1. ἀγνοεῖσθαι] F, Barrowius; εισθαι post lacunam B. μηδ'] μὴ δ' F. Inter ἐξέσται et δέ in B lacuna est; sed huc quoque referenda est adnotatio illa (ad p. 4 lin. 17). 4. ἂν] om. FB. 6. ἀπόφανσιν B. καλῶς] hinc rursus incipiunt F manus 1, ACDV, ed. Basil. 7. μαθημα lacuna relicta B. ἀποστέλλομεν] om. VAD; λλομεν post lacunam B. 8. αποδειξης F. 9. περί] τε F. 10. ἔρρωσο] ερρωμενω F, ἐρρωμένως VABCD; corr. ed. Basil. 11. γράφονται] hic rursus incipit Cr. τά] το F; corr. BC.* ἀξιώματα] αξιωμα F; corr. BC.* 12. αποδειξης F. 13. Titulum hic et p. 8 lin. 21 om. F; hunc et numerorum seriem addidit Torellius. 19. ἂν] εαν F; corr. Riualtus.

bus geometris, qui tamen plurimi et praestantissimi ante Eudoxum fuerant, ignorarentur nec a quoquam intellegerentur. licebit autem omnibus, qui quidem poterunt, haec inuenta mea examinare. certe Conone uiuo haec edenda fuerunt; illum enim existimo praeter ceteros haec intellegere potuisse et aptum de iis iudicium proferre. sed operae pretium me esse facturum ratus, si haec cum mathematices studiosis communicassem, ad te demonstrationes, quas conscripsi, misi, quas mathematices peritis licebit examinare. uale.

Primum proponuntur et postulata, et quae ad demonstrationes inuentorum meorum adsumpsi.

DEFINITIONES.

1. Sunt quaedam in plano curuae lineae terminatae, quae aut totae in eadem parte sunt rectarum linearum terminos earum iungentium, aut nihil in altera parte positum habent.

2. In eandem partem cauam lineam eiusmodi uoco, in qua sumptis duobus punctis quibuslibet lineae rectae puncta iungentes aut omnes in eandem partem lineae cadant, aut aliae in eandem partem, aliae in ipsam lineam, nulla autem in alteram partem.

Scripturam Riualti plerumque neglexi, quippe qui pauca tantum ueri similia proposuerit. Ubi nihil aliud diserte dictum est, emendationem ipse proposui Quaest. Arch. p. 131. hoc tantum adiicio, Iacobum Moor teste Simsono Eucl. elem. p. 404 hanc epistulam ex codicibus emendasse, quae emendationes utrum publici iuris factae sint necne, nescio. sed ueri simile est, eum ipso codice Parisino B usum esse, cum constet, eundem uirum alios quoque codices Parisinos mathematicorum Graecorum contulisse (Hultsch: Pappos I p. XX).

γ'. Ὁμοίως δὴ καὶ ἐπιφάνειαί τινές εἰσιν πεπερασμέναι, αὐταὶ μὲν οὐκ ἐν ἐπιπέδῳ, τὰ δὲ πέρατα ἔχουσιν ἐν ἐπιπέδῳ, καὶ τοῦ ἐπιπέδου, ἐν ᾧ τὰ πέρατα ἔχουσιν, ἤτοι ὅλαι ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἔσονται, ἢ οὐδὲν
5 ἔχουσιν ἐπὶ τὰ ἕτερα.

δ'. Ἐπὶ τὰ αὐτὰ δὴ κοίλας καλῶ τὰς τοιαύτας ἐπιφανείας, ἐν αἷς ἂν δύο σημείων λαμβανομένων αἱ μεταξὺ τῶν σημείων εὐθεῖαι ἤτοι πᾶσαι ἐπὶ τὰ αὐτὰ πίπτουσιν τῆς ἐπιφανείας, ἤ τινες μὲν ἐπὶ τὰ αὐτά,
10 τινες δὲ κατ' αὐτῶν, ἐπὶ τὰ ἕτερα δὲ μηδεμία.

ε'. Τομέα δὲ στερεὸν καλῶ, ἐπειδὰν σφαῖραν κῶνος τέμνῃ, κορυφὴν ἔχων πρὸς τῷ κέντρῳ τῆς σφαίρας, τὸ ἐμπεριεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου καὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας ἐντὸς τοῦ
15 κώνου.

ϛ'. Ῥόμβον δὲ καλῶ στερεόν, ἐπειδὰν δύο κῶνοι τὴν αὐτὴν βάσιν ἔχοντες τὰς κορυφὰς ἔχωσιν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ἐπιπέδου τῆς βάσεως, ὅπως οἱ ἄξονες αὐτῶν ἐπ' εὐθείας ὦσι κείμενοι, τὸ ἐξ ἀμφοῖν τοῖν κώνοιν
20 συγκείμενον στερεὸν σχῆμα.

ΛΑΜΒΑΝΟΜΕΝΑ.

Λαμβάνω δὲ ταῦτα

α'. Τῶν τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχουσῶν γραμμῶν ἐλαχίστην εἶναι τὴν εὐθεῖαν.

25 β'. Τῶν δὲ ἄλλων γραμμῶν, ἐὰν ἐν ἐπιπέδῳ οὖσαι

---

2. ἔχουσαι Barrowius. 10. κατ' αὐτῆς Ien., probat Nizze. 11. στερεόν om. F lacuna relicta; —α δὲ καλῶ atramento euanidiore scriptum esse uidetur. 12. πρός] F per compendium, ἐπὶ Torellius. τῷ κέντρῳ] scripsi; το μοριον F, τὸ κέντρον uulgo. 19. κονοιν F. 23. τῶν] τω των F.

3. Similiter etiam superficies quaedam sunt terminatae, ipsae quidem non in plano positae, terminos autem in plano positos habentes, quae aut totae in eadem parte sunt illius plani, in quo terminos positos habent, aut certe nihil in altera parte positum habent.

4. In eandem igitur partem cauas eiusmodi uoco superficies, in quibus sumptis duobus punctis rectae lineae puncta iungentes aut omnes in eandem partem superficiei cadant, aut aliae in eandem partem, aliae in ipsas[1]), nulla autem in alteram partem.

5. Sectorem autem solidum uoco, cum conus sphaeram secet uerticem habens ad centrum sphaerae, figuram, quae a coni superficie eaque parte superficiei sphaerae continetur, quae intra conum cadit.

6. Rhombum autem solidum uoco, cum duo coni eandem basim habentes uertices habeant in utraque parte plani, in quo est basis, positos, ita ut axes eorum in directo siti sint, figuram solidam ex utroque cono compositam.

POSTULATA.

Postulo autem haec:

1. Omnium linearum eosdem terminos habentium minimam esse rectam.[2])

2. Ex ceteris uero lineis, si in plano positae eos-

---

1) Archimedes ipse sine dubio scripserat *τῶν ἐπιφανειῶν* lin. 9 propter *τὰς ἐπιφανείας* lin. 6.

2) Cfr. Eucl. elem. I def. 4: *εὐθεῖα γραμμή ἐσκιν, ἥτις ἐξ ἴσου τοῖς ἐφ' ἑαυτῆς σημείοις κεῖται* et Proclus in Eucl. p. 110, 10 Friedlein: *ὁ δ' αὖ Ἀρχιμήδης τὴν εὐθεῖαν ὡρίσατο γραμμὴν ἐλαχίστην τῶν τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχουσῶν. διότι γάρ, ὡς ὁ Εὐκλείδιος λόγος φησίν, ἐξ ἴσου κεῖται τοῖς ἐφ' ἑαυτῆς σημείοις, διὰ τοῦτο ἐλαχίστη ἐστὶν τῶν τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχουσῶν.*

τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσιν, ἀνίσους εἶναι τὰς τοιαύτας, ἐπειδὰν ὦσιν ἀμφότεραι ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαι, καὶ ἤτοι ὅλη περιλαμβάνηται ἡ ἑτέρα αὐτῶν ὑπὸ τῆς ἑτέρας καὶ τῆς εὐθείας τῆς τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχούσης αὐτῇ, ἤ τινα μὲν περιλαμβάνηταί, τινα δὲ κοινὰ ἔχῃ, καὶ ἐλάσσονα εἶναι τὴν περιλαμβανομένην.

γ'. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἐπιφανειῶν τῶν τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχουσῶν, ἐὰν ἐν ἐπιπέδῳ τὰ πέρατα ἔχωσιν, ἐλάσσονα εἶναι τὴν ἐπίπεδον.

δ'. Τῶν δὲ ἄλλων ἐπιφανειῶν καὶ τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχουσῶν, ἐὰν ἐν ἐπιπέδῳ τὰ πέρατα ᾖ, ἀνίσους εἶναι τὰς τοιαύτας, ἐπειδὰν ὦσιν ἀμφότεραι ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαι, καὶ ἤτοι ὅλη περιλαμβάνηται ὑπὸ τῆς ἑτέρας ἡ ἑτέρα ἐπιφάνεια καὶ τῆς ἐπιπέδου τῆς τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχούσης αὐτῇ, ἤ τινα μὲν περιλαμβάνηταί, τινα δὲ κοινὰ ἔχῃ, καὶ ἐλάσσονα εἶναι τὴν περιλαμβανομένην.

ε'. Ἔτι δὲ τῶν ἀνίσων γραμμῶν καὶ τῶν ἀνίσων ἐπιφανειῶν καὶ τῶν ἀνίσων στερεῶν τὸ μεῖζον τοῦ ἐλάσσονος ὑπερέχειν τοιούτῳ, ὃ συντιθέμενον αὐτὸ ἑαυτῷ δυνατόν ἐστιν ὑπερέχειν παντὸς τοῦ προτεθέντος τῶν πρὸς ἄλληλα λεγομένων.

Τούτων δὲ ὑποκειμένων, ἐὰν εἰς κύκλον πολύγωνον ἐγγραφῇ, φανερόν, ὅτι ἡ περίμετρος τοῦ ἐγγραφέντος πολυγώνου ἐλάσσων ἐστὶ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας· ἑκάστη γὰρ τῶν τοῦ πολυγώνου πλευρῶν ἐλάσσων ἐστὶ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας τῆς ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἀποτεμνομένης.

---

3. Post ἑτέρας F habet ἐπιφανείας, petitum ex lin. 14; del. Barrowius; περιφερείας Rivaltus. 10. καί] τῶν? 11. ἀνίσους F per compendium, ἄνισας vulgo. 14. ἡ ἑτέρα] ἡ ad-

dem terminos habeant, inaequales esse eiusmodi lineas, si utraque in eandem partem caua sit, et aut tota altera ab altera et recta linea eosdem terminos habenti comprehendatur, aut pars eius comprehendatur, pars communis sit, et minorem esse eam, quae comprehendatur.

3. Similiter etiam inter superficies eosdem terminos habentes, si in plano terminos habeant, minorem esse planam superficiem.

4. Inter ceteras autem superficies eosdem terminos habentes, si in plano sint termini, inaequales esse eiusmodi superficies, si in eandem partem utraque caua sit, et aut tota altera ab altera et superficie plana eosdem terminos habenti comprehendatur, aut pars eius comprehendatur, pars communis sit, et minorem esse eam, quae comprehendatur.

5. Porro autem inter lineas inaequales et inaequales superficies et inaequalia solida maius excedere minus eiusmodi magnitudine, quae ipsa sibi addita quamuis magnitudinem datam earum, quae cum ea comparari possint, excedere possit.[1])

His autem positis, si circulo polygonum inscribatur, adparet, perimetrum polygoni inscripti minorem esse ambitu circuli. unumquodque enim latus polygoni minus est quam ea pars circuli, quae ab ea abscinditur.

1) Eucl. V def. 4: *λόγον ἔχειν πρὸς ἄλληλα μεγέθη λέγεται, ἃ δύναται πολλαπλασιαζόμενα ἀλλήλων ὑπερέχειν.* De hoc axiomate etiam alibi ab Archimede sumpto u. Quaest. Archim. p. 44 sq. Cfr. Eucl. X, 1.

didi. 20. *αὐτὸ* scripsi, *ἑαυτό* F, uulgo. De propositionum numeratione u. Quaest. A. p. 154. 25. *πολυγονου* F. 27. *ὑπὸ τῆς αὐτῆς*] *ὑπ' αὐτῆς*?

α'.

Ἐὰν περὶ κύκλον πολύγωνον περιγραφῇ, ἡ τοῦ περιγραφέντος πολυγώνου περίμετρος μείζων ἐστὶ τῆς περιμέτρου τοῦ κύκλου. — περὶ γὰρ κύκλον πολύγωνον περιγεγράφθω τὸ ὑποκείμενον· λέγω, ὅτι ἡ περίμετρος τοῦ πολυγώνου μείζων ἐστὶ τῆς περιμέτρου τοῦ κύκλου.

ἐπεὶ γὰρ συναμφότερος ἡ ΒΑΛ μείζων ἐστὶ τῆς ΒΛ περιφερείας διὰ τὸ τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαν περιλαμβάνειν τὴν περιφέρειαν, ὁμοίως δὲ καὶ συναμφότερος μὲν ἡ ΔΓ, ΓΒ τῆς ΔΒ, συναμφότερος δὲ ἡ ΛΚ, ΚΘ τῆς ΛΘ, συναμφότερος δὲ ἡ ΖΗΘ τῆς ΖΘ, ἔτι δὲ συναμφότερος ἡ ΔΕ, ΕΖ τῆς ΔΖ, ὅλη ἄρα ἡ περίμετρος τοῦ πολυγώνου μείζων ἐστὶ τῆς περιφερείας τοῦ κύκλου.



β'.

Δύο μεγεθῶν ἀνίσων δοθέντων δυνατόν ἐστιν εὑρεῖν δύο εὐθείας ἀνίσους, ὥστε τὴν μείζονα εὐθεῖαν πρὸς τὴν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἐλάσσονα ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλασσον.

ἔστω δύο μεγέθη ἄνισα τὰ ΑΒ, Δ, καὶ ἔστω μεῖζον τὸ ΑΒ· λέγω, ὅτι δυνατόν ἐστι δύο εὐθείας ἀνίσους εὑρεῖν τὸ εἰρημένον ἐπίταγμα ποιούσας.

---

8. ΒΑ, ΑΛ Torellius. 9. περιλαμβαν cum comp. ην uel ιν F. 10. δέ addidi. 12. ΖΗ, ΗΘ Torellius. 22. ἔστω] ωστε F; corr. man. 2. 23. τό] τα F. 24. ἀνίσους F comp., ἀνίσας vulgo.

I.

Si circum circulum polygonum circumscribitur, perimetrus polygoni circumscripti maior est ambitu circuli. circumscribatur enim circum circulum polygonum, quod infra positum est.[1]) dico, perimetrum polygoni maiorem esse ambitu circuli.[2])

nam quoniam $BA + AΛ$ maiores sunt quam ambitus pars, quae est BA, propterea quod eosdem terminos habentes illam ambitus partem comprehendunt (λαμβανόμ. 2), et similiter etiam



$$ΔΓ + ΓB > ΔB$$

ambitus et

$$ΛK + KΘ > ΛΘ$$

ambitus, porro autem

$$ΔE + EZ > ΔZ$$

ambitus, tota igitur perimetrus polygoni maior est ambitu circuli.

II.

Datis duabus magnitudinibus inaequalibus fieri potest, ut inueniantur duae lineae inaequales eiusmodi, ut maior linea ad minorem rationem habeat minorem quam maior magnitudo ad minorem.

sint duae magnitudines inaequales AB, $Δ$, et maior sit AB. dico fieri posse, ut inueniantur duae lineae inaequales id, quod iussum est, praestantes.

1) Respicitur ad figuram ab Archimede ipso additam; cfr. prop. 3.

2) Citat Pappus I p. 312, 7 ed. Hultsch.

κείσθω διὰ τὸ β' τοῦ πρώτου τῶν Εὐκλείδου τῷ Δ ἴσον τὸ ΒΓ, καὶ κείσθω τις εὐθεῖα γραμμὴ ἡ ΖΗ· τὸ δὴ ΓΑ ἑαυτῷ ἐπισυντιθέμενον ὑπερέξει τοῦ Δ. πεπολλαπλασιάσθω οὖν καὶ ἔστω τὸ ΑΘ· καὶ ὁσα-
5 *πλάσιόν ἐστι τὸ ΑΘ τοῦ ΑΓ, τοσαυταπλάσιος ἔστω ἡ ΖΗ τῆς ΗΕ. ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ΘΑ πρὸς ΑΓ, οὕτως ἡ ΖΗ πρὸς ΗΕ· καὶ ἀνάπαλίν ἐστιν ὡς ἡ ΕΗ πρὸς ΗΖ, οὕτως τὸ ΑΓ πρὸς ΑΘ. καὶ ἐπεὶ μεῖζόν ἐστι τὸ ΑΘ τοῦ Δ, τουτέστι τοῦ ΓΒ, τὸ ἄρα ΓΑ πρὸς τὸ*
10 *ΑΘ λόγον ἐλάσσονα ἔχει, ἤπερ τὸ ΓΑ πρὸς ΓΒ· καὶ συνθέντι ἡ ΕΖ ἄρα πρὸς ΖΗ ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ τὸ ΑΒ πρὸς ΒΓ [διὰ λῆμμα]· ἴσον δὲ τὸ ΒΓ τῷ Δ· ἡ ΕΖ ἄρα πρὸς ΖΗ ἔλασσονα λόγον ἔχει, ἤπερ τὸ ΑΒ πρὸς τὸ Δ. Εὑρημέναι εἰσὶν ἄρα δύο εὐθεῖαι*
15 *ἄνισοι ποιοῦσαι τὸ ἐπίταγμα [τουτέστι τὴν μείζονα πρὸς τὴν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἐλάσσονα ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλασσον].*

γ'.

20 *Δύο μεγεθῶν ἀνίσων δοθέντων καὶ κύκλου δυνατόν ἐστιν εἰς τὸν κύκλον πολύγωνον ἐγγράψαι καὶ ἄλλο περιγράψαι, ὅπως ἡ τοῦ περιγραφομένου πολυγώνου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ ἐγγραφομένου πολυγώνου πλευρὰν ἐλάσσονα λόγον ἔχῃ ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος*
25 *πρὸς τὸ ἔλαττον.*

ἔστω τὰ δοθέντα δύο μεγέθη τὰ Α, Β, ὁ δὲ δοθεὶς κύκλος ὁ ὑποκείμενος· λέγω οὖν, ὅτι δυνατόν ἐστι ποιεῖν τὸ ἐπίταγμα.

---

1. κείσθω διὰ κτλ. u. Quaest. A. p. 157. 2. ΖΗ] ΕΗ Hauber. 6. ΗΕ] ΖΕ F; corr. C. 7. ἡ ΖΗ] το ΖΗ F; corr. Torellius. ΗΕ] ΖΕ F; corr. AC. 15. τὸ ἐπίταγμα]

ponatur per secundam propositionem primi libri Euclidis[1]) [Eucl. elem. I, 2] $B\Gamma = \Delta$, et ponatur linea recta ZH. Itaque ΓA magnitudo ipsa sibi addita Δ magnitudinem excedet [λαμβ. 5]. multiplicetur igitur et sit $A\Theta$ [$> \Delta$]; et quoties $A\Gamma$ in $A\Theta$ continetur, toties contineatur HE in ZH. est igitur $\Theta A : A\Gamma = ZH : HE$ [cfr. Eucl. V, 15]. et e contrario [Eucl. V, 7 πόρισμα] $EH : HZ = A\Gamma : A\Theta$. et quoniam $A\Theta > \Delta \supset : A\Theta > \Gamma B$, erit $\Gamma A : A\Theta < \Gamma A : \Gamma B$.[2]) et componendo igitur $EZ : ZH < AB : B\Gamma$ [u. Eutocius].[3]) sed $B\Gamma = \Delta$. itaque $EZ : ZH < AB : \Delta$. Itaque inuentae sunt duae lineae rectae inaequales, quae praestant id, quod iussum est [id est, maiorem ad minorem rationem habere minorem quam maior magnitudo ad minorem].

III.

Datis duabus magnitudinibus inaequalibus et circulo fieri potest, ut circulo polygonum inscribatur et aliud circumscribatur, ita ut latus polygoni circumscripti ad latus polygoni inscripti minorem habeat rationem quam maior magnitudo ad minorem.

sint datae magnitudines A, B[4]), datus circulus autem is, qui infra positus est. dico igitur, fieri posse, ut praestetur id, quod est iussum.

---

1) Proclus in Eucl. p. 68, 12: *καὶ γὰρ ὁ Ἀρχιμήδης ἐπιβαλὼν τῷ πρώτῳ (Πτολεμαίῳ) μνημονεύει τοῦ Εὐκλείδου.*

2) Quia $EH : ZH < \Gamma A : \Gamma B$.

3) Idem demonstrat Pappus II p. 686, 5 sq. cfr. Eucl. V, 18.

4) Desideratur: et maior sit A; cfr. prop. 4.

---

scripsi; *το ισον επιταγμα* F, *τὸ εἰρημένον ἐπίταγμα* Torellius. In linea $A\Theta$ litteras A et B permutat F.

εὑρήσθωσαν γὰρ δύο εὐθεῖαι αἱ Θ, ΚΛ, ὧν μείζων ἔστω ἡ Θ, ὥστε τὴν Θ πρὸς τὴν ΚΛ ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλαττον, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Λ τῇ ΛΚ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΛΜ, καὶ ἀπὸ τοῦ Κ τῇ Θ ἴση κατήχθω ἡ ΚΜ [δυνατὸν γὰρ τοῦτο]· καὶ ἤχθωσαν τοῦ κύκλου δύο διάμετροι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις αἱ ΓΕ, ΔΖ. τέμνοντες οὖν τὴν ὑπὸ τῶν ΔΗΓ γωνίαν δίχα καὶ τὴν ἡμίσειαν αὐτῆς δίχα καὶ αἰεὶ τοῦτο ποιοῦντες λείψομέν τινα γωνίαν ἐλάσσονα ἢ διπλασίαν τῆς ὑπο ΛΚΜ. λελείφθω καὶ ἔστω ἡ ὑπὸ ΝΗΓ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΝΓ· ἡ ἄρα ΝΓ πολυγώνου ἐστὶ πλευρὰ ἰσοπλεύρου [ἐπείπερ ἡ ὑπὸ ΝΗΓ γωνία μετρεῖ τὴν ὑπὸ ΔΗΓ ὀρθὴν οὖσαν, καὶ ἡ ΝΓ ἄρα περιφέρεια μετρεῖ τὴν ΓΔ, τέταρτον οὖσαν κύκλου. ὥστε καὶ τὸν κύκλον μετρεῖ· πολυγώνου ἄρα ἐστὶ πλευρὰ ἰσοπλεύρου· φανερὸν γάρ ἐστι τοῦτο]· καὶ τετμήσθω ἡ ὑπὸ ΓΗΝ γωνία δίχα τῇ ΗΞ εὐθείᾳ, καὶ ἀπὸ τοῦ Ξ ἐφαπτέσθω τοῦ κύκλου ἡ ΟΞΠ, καὶ ἐκβεβλήσθωσαν αἱ ΗΝΠ, ΗΓΟ. ὥστε καὶ ἡ ΠΟ πολυγώνου ἐστὶ πλευρὰ τοῦ περιγραφομένου περὶ τὸν κύ-



2. ὥστε τὴν Θ om. F; suppleuit ed. Basil. 12. ΓΕ] ΓΒ F (in fig. Β pro Ε). 16. αἰεί F, ἀεὶ uulgo. 25. ἰσοπλεύρου]

sint enim inuentae duae lineae Θ, $K\Lambda$, quarum maior sit Θ, ita ut Θ ad $K\Lambda$ minorem rationem habeat, quam maior magnitudo ad minorem [prop. 2]. et ducatur ab Λ puncto linea ΛM ad ΛK perpendicularis [Eucl. I, 11], et a K puncto ducatur KM lineae Θ aequalis [u. Eutocius]. et ducantur duae diametri circuli inter se perpendiculares, ΓB et ΔZ. si igitur $\angle \Delta H\Gamma$ in duas partes aequales secuerimus et rursus dimidium angulum in duas partes aequales, et hoc deinceps fecerimus, relinquemus angulum quendam minorem quam duplicem angulum ΛKM. relinquatur et sit $NH\Gamma$; et ducatur $N\Gamma$. linea $N\Gamma$ igitur latus est polygoni aequilateri[1]) [u. Eutocius]. et secetur $\angle NH\Gamma$ in duas partes aequales per lineam $H\Xi$, et in puncto Ξ tangat circulum linea $O\Xi\Pi$, et producantur lineae $HN\Pi$, $H\Gamma O$. itaque etiam ΠO linea latus est polygoni circa circulum circumscripti et aequilateri[2]) [u. Eutocius].

sed quoniam $\angle NH\Gamma < 2\Lambda KM$, sed $\angle NH\Gamma = 2TH\Gamma$, erit igitur

$$\angle TH\Gamma < \Lambda KM.$$

et anguli ad Λ, T puncta positi recti sunt; itaque

$$MK : \Lambda K > \Gamma H : HT.^{3})$$

1) Archimedes scripserat lin. 21—22: *πολυγώνου ἐστὶ ἰσοπλεύρου καὶ ἀρτιοπλεύρου πλευρά*; u. Eutocius.

2) Archimedes scripserat lin. 28: *ὥστε καὶ ἡ ΟΠ πολυγώνου ἐστὶν ἰσοπλεύρου πλευρά*; u. Eutocius.

3) U. Eutocius; cfr. quae scripsi Zeitschr. f. Math. u. Physik, hist.-litt. Abth. XXIV p. 179 nr. 8.

ἰσοπλ. ἡ ΓN uulgo. 26. $\overline{\Gamma HN}$ F, uulgo; $NH\Gamma$ Torellius.
$H\Xi$] $\overline{N\Xi}$ F.

κλον καὶ ἰσοπλεύρου [φανερόν, ὅτι καὶ ὁμοίου τῷ ἐγγραφομένῳ, οὗ πλευρὰ ἡ ΝΓ]. ἐπεὶ δὲ ἐλάσσων ἐστὶν ἢ διπλασία ἡ ὑπὸ ΝΗΓ τῆς ὑπὸ ΛΚΜ, διπλασία δὲ τῆς ὑπὸ ΤΗΓ, ἐλάσσων ἄρα ἡ ὑπὸ ΤΗΓ τῆς ὑπὸ ΛΚΜ· καί εἰσιν ὀρθαὶ αἱ πρὸς τοῖς Λ, Τ· ἡ ἄρα ΜΚ πρὸς ΛΚ μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ ΓΗ πρὸς ΗΤ. ἴση δὲ ἡ ΓΗ τῇ ΗΞ· ὥστε ἡ ΗΞ πρὸς ΗΤ ἐλάσσονα λόγον ἔχει, τουτέστιν ἡ ΠΟ πρὸς ΝΓ, ἤπερ ἡ ΜΚ πρὸς ΚΛ. Ἔτι δὲ ἡ ΜΚ πρὸς ΚΛ ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ τὸ Α πρὸς τὸ Β· καί ἐστι ἡ μὲν ΠΟ πλευρὰ τοῦ περιγραφομένου πολυγώνου, ἡ δὲ ΓΝ τοῦ ἐγγραφομένου. ὅπερ προέκειτο εὑρεῖν.

δ'.

Πάλιν δύο μεγεθῶν ἀνίσων ὄντων καὶ τομέως δυνατόν ἐστι περὶ τὸν τομέα πολύγωνον περιγράψαι καὶ ἄλλο ἐγγράψαι, ὥστε τὴν τοῦ περιγεγραμμένου πλευρὰν πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου πλευρὰν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλασσον.

ἔστω γὰρ πάλιν δύο μεγέθη ἄνισα τὰ Ε, Ζ, ὧν μεῖζον ἔστω τὸ Ε, κύκλος δέ τις ὁ ΑΒΓ κέντρον ἔχων τὸ Δ· καὶ πρὸς τῷ Δ τομεὺς συνεστάτω ὁ ΑΔΒ. δεῖ δὴ περιγράψαι καὶ ἐγγράψαι πολύγωνον περὶ τὸν ΑΒΔ τομέα ἴσας ἔχον τὰς πλευρὰς χωρὶς τῶν ΒΔΑ, ὅπως γένηται τὸ ἐπίταγμα.

εὑρήσθωσαν γὰρ δύο εὐθεῖαι αἱ Η, ΘΚ ἄνισοι, καὶ μείζων ἡ Η, ὥστε τὴν Η πρὸς τὴν ΘΚ ἐλάσσονα λόγον ἔχειν, ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλασσον [δυ-

---

2. ΝΓ] ΗΝΓ F. 23. ΒΔ, ΔΑ Torellius.

sed $\Gamma H = H\Xi$; erit igitur

$$H\Xi : HT < MK : K\Lambda > : \Pi O : N\Gamma < MK : K\Lambda.$$ [1])

Porro autem $MK : K\Lambda < A : B$ [2]); [itaque $\Pi O : N\Gamma < A : B$]. et ΠO linea latus est polygoni circumscripti, ΓN autem inscripti, id quod iussum erat inueniri.

IV.

Rursus datis duabus magnitudinibus inaequalibus et sectore fieri potest, ut circum sectorem polygonum circumscribatur et aliud inscribatur, ita ut latus polygoni circumscripti ad latus inscripti minorem rationem habeat, quam maior magnitudo ad minorem.



rursus enim sint E, Z duae magnitudines inaequales, quarum maior sit E, et sit $AB\Gamma$ circulus centrum habens Δ punctum. et ad Δ punctum construatur sector $A\Delta B$. oportet igitur polygonum circumscribi et inscribi sectori

1) Nam $H\Xi : HT = \Pi O : N\Gamma$, quia $H\Xi : HT = O\Xi : \Gamma T$ (ibid. p. 178 nr. 4) $= 2O\Xi : 2\Gamma T = \Pi O : \Gamma N$ (Eucl. I, 26). Archimedes sine dubio uerba: *τουτέστιν ἡ ΠΟ πρὸς ΝΓ* lin. 7 ante *ἐλάσσονα λόγον* lin. 6 posuerat.

2) Nam ex hypothesi est $\Theta : K\Lambda < A : B$ et $\Theta = MK$.

νατὸν γὰρ τοῦτο]. *καὶ ἀπὸ τοῦ Θ ὁμοίως ἀχθείσης πρὸς ὀρθὰς τῇ ΚΘ προσβεβλήσθω τῇ Η ἴση ἡ ΚΛ* [*δυνατὸν γάρ, ἐπεὶ μείζων ἐστὶ ἡ Η τῆς ΘΚ*]. *τεμνομένης δὴ τῆς ὑπὸ τῶν ΑΔΒ γωνίας δίχα καὶ τῆς ἡμισείας δίχα καὶ ἀεὶ τούτου γινομένου λειφθήσεταί τις γωνία ἐλάσσων οὖσα ἢ διπλασία τῆς ὑπὸ ΛΚΘ.*

λελείφθω οὖν ἡ ὑπὸ ΑΔΜ· ἡ ΑΜ οὖν γίνεται πολυγώνου πλευρὰ ἐγγραφομένου εἰς τὸν κύκλον. καὶ ἐὰν τέμωμεν τὴν ὑπὸ ΑΔΜ γωνίαν δίχα τῇ ΔΝ καὶ ἀπὸ τοῦ Ν ἀγάγωμεν ἐφαπτομένην τοῦ κύκλου τὴν ΝΞΟ, αὕτη πλευρὰ ἔσται τοῦ πολυγώνου τοῦ περιγραφομένου περὶ τὸν αὐτὸν κύκλον ὁμοίου τῷ εἰρημένῳ. καὶ ὁμοίως τοῖς προειρημένοις ἡ ΞΟ πρὸς τὴν ΑΜ ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ τὸ Ε μέγεθος πρὸς τὸ Ζ.

ε'.

Κύκλου δοθέντος καὶ δύο μεγεθῶν ἀνίσων περιγράψαι περὶ τὸν κύκλον πολύγωνον καὶ ἄλλο ἐγγράψαι, ὥστε τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν, ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλασσον.

ἐκκείσθω κύκλος ὁ Α καὶ δύο μεγέθη ἄνισα τὰ Ε, Ζ καὶ μεῖζον τὸ Ε. δεῖ οὖν πολύγωνον ἐγγράψαι εἰς τὸν κύκλον καὶ ἄλλο περιγράψαι, ἵνα γένηται τὸ ἐπιταχθέν.

---

1. *τοῦ Θ*] sic F; *Κ* Torellius (cum ed. Bas.), qui etiam in sequentibus, sicut in ipsa figura has litteras permutauit. 2. *τῇ ΚΘ*] *τῇ ΘΚ τῆς ΚΛ* Torellius; *τῇ ΘΚ τῆς ΘΛ* ed. Basil. 3. *γάρ, ἐπεί* F, uulgo; *γὰρ τοῦτο, ἐπείπερ* Torellius. *μειζον* F. 6. *ΛΚΘ* F; *ΛΘΚ* Torellius. 7. *γίνεται*] *γάρ* comp. F, uulgo; *ἄρα* Torellius. 8. *κύκλον*] *τομέα* Torellius. 10. *κύκλου*] *τομέως* Torellius. 12. *κύκλον*] *τομέα* Torellius.

$\Lambda B \Delta$ aequalia habens latera praeter $B\Delta$, $\Delta\Lambda$, ita ut fiat id, quod iussum est. inueniantur enim duae lineae rectae H, ΘK inaequales, quarum maior sit H, ita ut $H : \Theta K < E : Z$ [prop. 2]. et a Θ puncto uti supra [prop. 3] ducatur linea [$\Theta\Lambda$] ad $K\Theta$ perpendicularis, et iungatur $K\Lambda$ lineae H aequalis [prop. 3 p. 16, 7]. si igitur $\angle A\Delta B$ in duas partes aequales secuerimus et dimidium in duas partes aequales et hoc deinceps fecerimus, relinquetur angulus minor quam duplex angulus $\Lambda K\Theta$.

relinquatur igitur $\angle A\Delta M < 2\Lambda K\Theta$. itaque linea ΛM latus erit polygoni circulo inscripti [p. 16, 20]. et si $\angle A\Delta M$ in duas partes aequales secuerimus per lineam ΔN et ab N puncto lineam $N\Xi O$ circulum tangentem duxerimus, ea latus erit polygoni circum circulum circumscripti similis[1]) polygono, quod nominauimus [h. e. inscripto]. et eodem modo, quo supra [prop. 3], erit

$$\Xi O : \Lambda M < E : Z.^{2})$$

V.

Circulo et duabus magnitudinibus inaequalibus datis polygonum circum circulum circumscribere et aliud inscribere, ita ut polygonum circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habeat, quam maior magnitudo ad minorem.

ponantur circulus Λ et duae magnitudines inaequa-

1) U. p. 18, 1 et Eutocius ad prop. 3 extr.

2) $\angle \Lambda\Delta M = 2M\Delta\Pi < 2\Lambda K\Theta$; itaque $\angle M\Delta\Pi < \Lambda K\Theta$; quare $\Lambda K : K\Theta > M\Delta : \Delta\Pi \supset : \Delta N : \Delta\Pi < \Lambda K : K\Theta$; sed $\Delta N : \Delta\Pi = ON : M\Pi = \Xi O : \Lambda M < \Lambda K : K\Theta < E : Z \supset : \Xi O : \Lambda M < E : Z$. Π litteram in figura ipse addidi.

λαμβάνω γὰρ δύο εὐθείας ἀνίσους τὰς Γ, Δ, ὧν μείζων ἔστω ἡ Γ, ὥστε τὴν Γ πρὸς τὴν Δ ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἢ τὴν Ε πρὸς τὴν Ζ. καὶ τῶν Γ, Δ μέσης ἀνάλογον ληφθείσης τῆς Η μείζων ἄρα καὶ ἡ Γ τῆς Η. περιγεγράφθω δὴ περὶ κύκλον πολύγωνον καὶ ἄλλο ἐγγεγράφθω, ὥστε τὴν τοῦ περιγραφέντος πολυγώνου πλευρὰν πρὸς τὴν τοῦ ἐγγραφέντος ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἢ τὴν Γ πρὸς τὴν Η [καθῶς ἐμάθομεν]. διὰ τοῦτο δὴ καὶ ὁ διπλάσιος λόγος τοῦ διπλασίου ἐλάσσων ἐστί. καὶ τοῦ μὲν τῆς πλευρᾶς πρὸς τὴν πλευρὰν διπλάσιός ἐστι ὁ τοῦ πολυγώνου πρὸς τὸν πολύγωνον [ὅμοια γάρ], τῆς δὲ Γ πρὸς τὴν Η ὁ τῆς Γ πρὸς τὴν Δ. καὶ τὸ περιγραφὲν ἄρα πολύγωνον πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ Γ πρὸς τὴν Δ. πολλῷ ἄρα τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ.



ϛ'.

Ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι δύο μεγεθῶν ἀνίσων δοθέντων καὶ τομέως δυνατόν ἐστιν περὶ τὸν τομέα πολύγωνον περιγράψαι καὶ ἄλλο ἐγγράψαι ὅμοιον αὐτῷ, ἵνα τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχῃ ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλασσον.

1. ἀνίσους comp. F. 3. τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ ed. Basil., Torell. 20. πολλῷ ἄρα καὶ τό B, ed. Basil., Torellius.

les E, Z, quarum maior sit E. oportet igitur polygonum circulo inscribi et aliud circumscribi, ita ut fiat id, quod iussum est.

nam sumo duas lineas rectas Γ, Δ, quarum maior sit Γ, ita ut Γ ad Δ minorem rationem habeat quam E ad Z [prop. 2]. et sumpta linea H media inter lineas Γ, Δ proportionali [Eucl. VI, 13], erit igitur etiam $\Gamma > H$.[1]) circumscribatur igitur polygonum circum circulum et aliud inscribatur, ita ut latus polygoni circumscripti ad latus inscripti minorem rationem habeat, quam Γ ad H [prop. 3]. quare etiam ratio duplicata [laterum] minor est ratione duplicata [linearum Γ, H]; et laterum ratio duplicata aequalis est rationi polygonorum [Eucl. VI, 20] [similia enim sunt, u. p. 21 not. 1]; ratio autem linearum Γ, H duplicata aequalis est rationi linearum Γ, Δ [Eucl. V def. 10]. habet igitur etiam polygonum circumscriptum ad inscriptum minorem rationem quam Γ ad Δ, et multo etiam magis minorem rationem quam E ad Z [nam $\Gamma : \Delta < E : Z$ ex hypothesi].

VI.

Eodem modo demonstrabimus, datis duabus magnitudinibus inaequalibus et sectore fieri posse, ut circum sectorem polygonum circumscribatur et aliud ei simile inscribatur, ita ut circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habeat, quam maior magnitudo ad minorem [cf. prop. 4].

---

1) Quia $H^2 = \Gamma\Delta < \Gamma^2$.

φανερὸν δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι, ἐὰν δοθῇ κύκλος ἢ τομεὺς καὶ χωρίον τι, δυνατόν ἐστιν ἐγγράφοντα εἰς τὸν κύκλον ἢ τὸν τομέα πολύγωνα ἰσόπλευρα καὶ ἔτι ἀεὶ εἰς τὰ περιλειπόμενα τμήματα λείπειν τινὰ τμήματα τοῦ κύκλου ἢ τομέως, ἅπερ ἔσται ἐλάσσονα τοῦ προκειμένου χωρίου. ταῦτα γὰρ ἐν τῇ στοιχειώσει παραδέδοται.

δεικτέον δέ, ὅτι καὶ κύκλου δοθέντος ἢ τομέως καὶ χωρίου δυνατόν ἐστι περιγράψαι πολύγωνον περὶ τὸν κύκλον ἢ τὸν τομέα, ὥστε τὰ περιλειπόμενα τῆς περιγραφῆς τμήματα ἐλάσσονα εἶναι τοῦ δοθέντος χωρίου· ἔσται γὰρ ἐπὶ κύκλου δείξαντα μεταγαγεῖν τὸν ὅμοιον λόγον καὶ ἐπὶ τοῦ τομέως.

δεδόσθω κύκλος ὁ *Α* καὶ χωρίον τι τὸ *Β*. δυνατὸν δὴ περιγράψαι περὶ τὸν κύκλον πολύγωνον, ὥστε τὰ ἀποληφθέντα τμήματα μεταξὺ τοῦ κύκλου καὶ τοῦ πολυγώνου ἐλάσσονα εἶναι τοῦ *Β* χωρίου. καὶ γὰρ ὄντων δύο μεγεθῶν ἀνίσων, μείζονος μὲν συναμφοτέρου τοῦ τε χωρίου καὶ τοῦ κύκλου, ἐλάσσονος δὲ τοῦ κύκλου περιγεγράφθω περὶ τὸν κύκλον πολύγωνον καὶ ἄλλο ἐγγεγράφθω, ὥστε τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἢ τὸ εἰρημένον μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλασσον. τοῦτο δὴ τὸ περιγραφόμενον πολύγωνόν ἐστιν, οὗ τὰ περιλείμματα ἔσται ἐλάσσονα τοῦ προτεθέντος χωρίου τοῦ *Β*.

εἰ γὰρ τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἢ τὸ συναμφότερον ὅ τε κύκλος καὶ τὸ *Β*

---

6. παραδεδωται F. 9. περί] πε F. 12. ἔσται] recepi ex A, εστω F. 14. τι ita scribitur in F, ut a compendio uerbi τὸν dignosci non possit. 16. ἀποληφθέντα] scripsi; ἀπολειφθεντα F, uulgo. 18. μειζωνος F. 24. περιλιμματα F.

Hoc quoque adparet, dato circulo uel sectore et spatio fieri posse, ut circulo uel sectori polygona aequilatera inscribentes et deinceps segmentis relictis aliquando segmenta circuli uel sectoris relinquamus eiusmodi, quae minora sint dato spatio. haec enim in elementis tradita sunt.[1])

Demonstrandum uero, dato circulo uel sectore et spatio fieri posse, ut circum circulum uel sectorem polygonum circumscribatur, ita ut segmenta relicta figurae circumscriptae minora sint dato spatio. licebit enim, cum in circulo demonstrauerimus, eandem ratiocinationem ad sectorem transferre.[2])

sit datus circulus A et spatium aliquod B. itaque fieri potest, ut circumscribatur circum circulum polygonum, ita ut segmenta inter circuli et polygoni ambitus comprehensa minora sint spatio B. nam datis duabus magnitudinibus inaequalibus, quarum maior est spatium simul cum circulo, minor autem ipse circulus, circumscribatur circum circulum polygonum et aliud inscribatur, ita ut circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habeat, quam maior magnitudo ad minorem [prop. 5]. Tum polygonum circumscriptum eiusmodi erit, cuius segmenta relicta minora sint spatio dato, quod est B.

nam si quidem polygonum circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habet quam $A + B : A$,

1) Eucl. elem. XII, 2 (II p. 200 ed. August): *τέμνοντες δὴ τὰς ὑπολειπομένας περιφερείας δίχα καὶ ἐπιζευγνύντες εὐθείας καὶ τοῦτο ἀεὶ ποιοῦντες καταλείψομέν τινα τμήματά ποτε τοῦ κύκλου, ἃ ἔσται ἐλάσσονα τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει ὁ ΕΖΗΘ κύκλος τοῦ Σ χωρίου*; cfr. X, 1.

2) Demonstratio eadem est, nisi quod pro prop. 5 ea usurpanda sunt, quae initio prop. 6 dicta sunt.

χωρίον πρὸς αὐτὸν τὸν κύκλον, τοῦ δὲ ἐγγραφομένου μείζων ὁ κύκλος, πολλῷ μᾶλλον τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸν κύκλον ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ τὸ συναμφότερον ὅ τε κύκλος καὶ τὸ Β χωρίον πρὸς αὐτὸν τὸν κύκλον. καὶ διελόντι ἄρα τὰ ἀπολείμματα τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πρὸς τὸν κύκλον ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ τὸ Β χωρίον πρὸς τὸν κύκλον. ἐλάσσονα ἄρα τὰ ἀπολείμματα τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου τοῦ Β χωρίου. ἢ οὕτως· ἐπεὶ τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸν κύκλον ἐλασσονα λόγον ἔχει, ἢ τὸ συναμφότερον ὅ τε κύκλος καὶ τὸ Β χωρίον πρὸς τὸν κύκλον, διὰ τοῦτο δὴ ἔλασσον ἔσται τὸ περιγραφὲν συναμφοτέρου. ὥστε καὶ ὅλα τὰ περιλείμματα ἐλάσσονα ἔσται τοῦ χωρίου τοῦ Β. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ τομέως.



ζ.

Ἐὰν ἐν ἰσοσκελεῖ κώνῳ πυραμὶς ἐγγραφῇ ἰσόπλευρον ἔχουσα βάσιν, ἡ ἐπιφάνεια αὐτῆς χωρὶς τῆς βάσεως ἴση ἐστὶ τριγώνῳ βάσιν μὲν ἔχοντι ἴσην τῇ περιμέτρῳ τῆς βάσεως, ὕψος δὲ τὴν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ μίαν πλευρὰν τῆς βάσεως κάθετον ἀγομένην.

ἔστω κῶνος ἰσοσκελής, οὗ βάσις ὁ ΑΒΓ κύκλος, καὶ εἰς αὐτὸν ἐγγεγράφθω πυραμὶς ἰσόπλευρον ἔχουσα

---

2. μειζον F. 7. ἀπολιμματα F. 13. οὕτως per compendium F. 18. περιλιμματα F; corr. AD. 19. ἐπί ego addidi. 26. κονος F.

circulus A autem maior est polygono inscripto [p. 10, 23], multo igitur magis polygonum circumscriptum ad A circulum minorem rationem habet quam $A + B : B$. itaque subtrahendo [per conuersionem propositionis ab Eutocio ad prop. 2 demonstratae, u. p. 15 not. 3; cfr. Eucl. V, 17] segmenta polygoni circumscripti ad circulum minorem habent rationem, quam B spatium ad circulum. minora igitur [Eucl. V, 10] segmenta relicta polygoni circumscripti erunt spatio B. uel hoc modo: quoniam polygonum circumscriptum ad circulum minorem rationem habet, quam circulus simul cum B spatio ad circulum, polygonum circumscriptum minus erit quam $A + B$[1]); quare segmenta relicta omnia minora erunt spatio B [Eucl. I *κοιν. ἐνν.* 5]. Similiter etiam in sectore dicendum.

VII.

Si cono aequicrurio inscribitur pyramis aequilateram basim habens, superficies eius praeter basim aequalis est triangulo basim habenti perimetro basis aequalem, altitudinem autem lineam a uertice ad latus aliquod basis perpendicularem ductam.]

sit conus aequicrurius, cuius basis sit circulus $AB\Gamma$, et ei inscribatur pyramis basim aequilateram

1) Ex Eutocio adparet, Archimedem lin. 16—17 scripsisse: *διὰ δὴ τοῦτο ἔλασσόν ἐστι τὸ περιγραφόμενον τοῦ συναμφ.* Ceterum Archimedes uix duas demonstrationes dederat; genuinam hanc fere fuisse puto (Quaest. Arch. p. 74): *τὸ οὖν περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἢ τὸ συναμφότερον ὅ τε κύκλος καὶ τὸ B χωρίον πρὸς αὐτὸν τὸν κύκλον. διὰ δὴ τοῦτο ἔλασσόν ἐστι τὸ περιγραφόμενον τοῦ συναμφοτέρου· ὥστε καὶ τὰ περιλείμματα ἐλάσσονα ἔσται τοῦ B χωρίου.*

βάσιν τὸ ΑΒΓ. λέγω, ὅτι ἡ ἐπιφάνεια αὐτῆς χωρὶς τῆς βάσεως ἴση ἐστὶ τῷ εἰρημένῳ τριγώνῳ.

ἐπεὶ γὰρ ἰσοσκελὴς ὁ κῶνος, καὶ ἰσόπλευρος ἡ βάσις τῆς πυραμίδος, τὰ ὕψη τῶν περιεχόντων τριγώνων τὴν πυραμίδα ἴσα ἐστὶν ἀλλήλοις. καὶ βάσιν μὲν ἔχει τὰ τρίγωνα τὰς ΑΒ, ΒΓ, ΓΑ, ὕψος δὲ τὸ εἰρημένον. ὥστε τὰ τρίγωνα ἴσα ἐστὶ τριγώνῳ βάσιν μὲν ἔχοντι τὴν ἴσην ταῖς ΑΒ, ΒΓ, ΓΑ, ὕψος δὲ τὴν εἰρημένην εὐθεῖαν [τουτέστιν ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος χωρὶς τοῦ ΑΒΓ τριγώνου].



[σαφέστερον ἄλλως ἡ δεῖξις]

[ἔστω κῶνος ἰσοσκελής, οὗ βάσις μὲν ὁ ΑΒΓ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Δ σημεῖον, καὶ ἐγγεγράφθω εἰς τὸν κῶνον πυραμὶς βάσιν [μὲν] ἔχουσα ἰσόπλευρον τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΔΑ, ΔΓ, ΔΒ.

λέγω, ὅτι τὰ ΑΔΒ, ΑΔΓ, ΒΔΓ τρίγωνα ἴσα ἐστὶ τριγώνῳ, οὗ ἡ μὲν βάσις ἴση ἐστὶ τῇ περιμέτρῳ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου, ἡ δὲ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν βάσιν

---

1. τό] τω F; corr. A. βάσιν μὲν ἔχουσα ἴσοπλ. τρίγωνον τό uel βάσιν τὸ τρίγωνον τό Nizze. 3. κονος F. 5. τριγώνων errore om. Torellius; sine codicum auctoritate suppleuit Nizze; habet F. 17. Haec demonstratio altera postea interposita numero η̄ significatur in F, sed numerum om. iam ed. Basil. 18. ἔστω] ωστε F; corr. B manu 2? (Quaest. Arch. p. 129). 20. μέν deleo; cum librarius alibi toties βάσιν μέν scripsisset, particula hic quoque irrepsit.

habens, quae sit $AB\Gamma$. dico, eius superficiem praeter basim aequalem esse triangulo, quem commemorauimus.

nam quoniam conus aequicrurius et basis pyramidis aequilatera est, altitudines triangulorum pyramidem comprehendentium aequales sunt.[1]) et basim habent trianguli AB, $B\Gamma$, $\Gamma\Delta$ lineas, altitudinem uero eam, quam diximus. quare trianguli [h. e. superficies pyramidis praeter basim] aequales sunt triangulo basim habenti lineam aequalem lineis AB, $B\Gamma$, $\Gamma\Delta$ [h. e. perimetro basis], altitudinem autem lineam, quam diximus [Eucl. VI, 1].[2])

[Demonstratio aliter et magis perspicue exposita][3]).

[Sit conus aequicrurius, cuius basis sit circulus $AB\Gamma$, uertex uero Δ punctum; et cono inscribatur pyramis basim habens triangulum aequilaterum $AB\Gamma$, et ducantur lineae ΔA, $\Delta\Gamma$, ΔB. dico triangulos $A\Delta B$, $A\Delta\Gamma$, $B\Delta\Gamma$ aequales esse triangulo cuius basis aequalis sit perimetro trianguli $AB\Gamma$, perpendicularis autem a uertice ad basim ducta aequalis lineae a Δ puncto ad $B\Gamma$ perpendiculari.

ducantur enim perpendiculares ΔK, $\Delta\Lambda$, ΔM lineae; sunt igitur aequales [cfr. not. 1]. et ponatur triangulus EZH basim EZ aequalem habens perimetro

1) Nam trianguli, quorum latera sunt axis coni, altitudines, lineae a, b, c (quas in figura addidi), unum latus (axem) commune, alteram (a, b, c) aequalem habent et sunt rectanguli; itaque etiam bases aequales habent (Eucl. I, 4).

2) Uerba sequentia subditiua sunt, ut ex collocatione adparet; pertinent enim ad *τὰ τρίγωνα* lin. 8, ut in interpretatione expressi. si ad *τριγώνῳ* lin. 11 pertinerent, quod per se minus accurate diceretur, debebàt esse *τῇ ἐπιφανείᾳ* ex constanti usu Archimedis.

3) Quae sequitur demonstratio ut subditiua in adnotationes reiicienda erat, sed ne typothetis molestia existeret, retinui.

κάθετος ἴση τῇ καθέτῳ τῇ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὴν ΒΓ ἀγομένῃ.

ἤχθωσαν γὰρ κάθετοι αἱ ΔΚ, ΔΛ, ΔΜ. αὗται ἄρα ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν. καὶ κείσθω τρίγωνον τὸ ΕΖΗ ἔχον τὴν μὲν ΕΖ βάσιν τῇ περιμέτρῳ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου ἴσην, τὴν δὲ ΗΘ κάθετον τῇ ΔΛ ἴσην. ἐπεὶ οὖν τὸ ὑπὸ τῶν ΒΓ, ΔΛ διπλάσιόν ἐστιν τοῦ ΔΒΓ τριγώνου, ἔστιν δὲ καὶ τὸ μὲν ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΔΚ διπλάσιον τοῦ ΑΒΔ τριγώνου, τὸ δὲ ὑπὸ ΑΓ, ΔΜ διπλάσιον τοῦ ΑΔΓ τριγώνου, τὸ ἄρα ὑπὸ τῆς περιμέτρου τοῦ ΑΒΓ τριγώνου, τουτέστι τῆς ΕΖ, καὶ τῆς ΔΛ, τουτέστι τῆς ΗΘ, διπλάσιόν ἐστι τῶν ΑΔΒ, ΒΔΓ, ΑΔΓ τριγώνων. ἔστι δὲ καὶ τὸ ὑπὸ ΕΖ, ΗΘ διπλάσιον τοῦ ΕΖΗ τριγώνου. ἴσον ἄρα τὸ ΕΖΗ τρίγωνον τοῖς ΑΔΒ, ΒΔΓ, ΑΔΓ τριγώνοις].

η'.

Ἐὰν περὶ κῶνον ἰσοσκελῆ πυραμὶς περιγραφῇ, η ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος χωρὶς τῆς βάσεως ἴση ἐστὶ τριγώνῳ βάσιν μὲν ἔχοντι τὴν ἴσην τῇ περιμέτρῳ τῆς βάσεως, ὕψος δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου.

ἔστω κῶνος, οὗ βάσις ὁ ΑΒΓ κύκλος, καὶ πυραμὶς περιγεγράφθω, ὥστε τὴν βάσιν αὐτῆς, τουτέστι τὸ ΔΕΖ πολύγωνον, περιγεγραμμένον περὶ τὸν ΑΒΓ κύκλον εἶναι. λέγω, ὅτι ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος χωρὶς τῆς βάσεως ἴση ἐστὶ τῷ εἰρημένῳ τριγώνῳ.

ἐπεὶ γὰρ [ὁ ἄξων τοῦ κώνου ὀρθός ἐστι πρὸς τὴν

---

2. ἀγομένῃ scripsi; αγομενην F, uulgo. 10. ΑΒΓ] ΑΔΓ F; corr. Torellius. 16. θ' F; u. ad p. 28, 17. In figura et deinde in uerbis Archimedis litteras Λ et K permutauit Torellius. 26. τοῦ] αυτου F; corr. ed. Basil.



trianguli $ABΓ$, altitudinem autem $HΘ$ aequalem lineae $ΔΛ$. iam quoniam

$$BΓ \times ΔΛ = 2ΔBΓ$$

[Eucl. I, 41],

et

$$AB \times ΔK = 2ABΔ,$$

et

$$AΓ \times ΔM = 2AΔΓ,$$

erit igitur rectangulum, quod a perimetro trianguli $ABΓ$, h. e. linea EZ, et $ΔΛ$, h. e. linea $HΘ$, continetur $= 2 \times (AΔB + BΔΓ + AΔΓ)$; sed $EZ \times HΘ = 2EZH$ [Eucl. I, 41]; quare

$$EZH = AΔB + BΔΓ + AΔΓ].$$

VIII.

Si circum conum aequicrurium pyramis circumscribitur, superficies pyramidis praeter basim aequalis est triangulo basim habenti lineam perimetro basis aequalem, altitudinem autem latus coni.

sit conus, cuius basis sit circulus $ABΓ$, et circumscribatur pyramis, ita ut basis eius, h. e. polygonum $ΔEZ$, circum circulum $ABΓ$ sit circumscripta. dico superficiem pyramidis praeter basim aequalem esse triangulo, quem commemorauimus.

cum enim axis coni ad basim perpendicularis sit,

βάσιν, τουτέστι πρὸς τὸν ΑΒΓ κύκλον, καὶ] αἱ ἀπο τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου ἐπὶ τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύμεναι εὐθεῖαι κάθετοί εἰσιν ἐπὶ τὰς ἐφαπτομένας, ἔσονται ἄρα καὶ αἱ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου ἐπὶ τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύμεναι κάθετοι ἐπὶ τὰς ΔΕ, ΖΕ, ΖΔ. αἱ ΗΑ, ΗΒ, ΗΓ ἄρα αἱ εἰρημέναι κάθετοι ἴσαι εἰσὶν ἀλλήλαις· πλευραὶ γάρ εἰσιν τοῦ κώνου. κείσθω δὴ τὸ τρίγωνον τὸ ΘΚΛ ἴσην ἔχον τὴν μὲν ΘΚ τῇ περιμέτρῳ τοῦ ΔΕΖ τριγώνου, τὴν δὲ ΛΜ κάθετον ἴσην τῇ ΗΑ. ἐπεὶ οὖν τὸ μὲν ὑπὸ ΔΕ, ΑΗ διπλάσιόν ἐστι τοῦ ΕΔΗ τριγώνου, τὸ δὲ ὑπὸ ΔΖ, ΗΒ διπλάσιόν ἐστι τοῦ ΔΖΗ τριγώνου, τὸ δὲ ὑπὸ ΕΖ, ΓΗ διπλάσιόν ἐστι τοῦ ΕΗΖ τριγώνου, ἔστιν ἄρα τὸ ὑπὸ τῆς ΘΚ καὶ τῆς ΑΗ, τουτέστι τῆς ΜΛ, διπλάσιον τῶν ΕΔΗ, ΖΔΗ, ΕΗΖ τριγώνων. ἔστιν δὲ καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ΘΚ, ΛΜ διπλάσιον τοῦ ΛΚΘ τριγώνου. διὰ τοῦτο δὴ ἴση ἐστὶν ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος χωρὶς τῆς βάσεως τριγώνῳ βάσιν μὲν ἔχοντι ἴσην τῇ περιμέτρῳ τοῦ ΔΕΖ, ὕψος δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου.



---

4. καὶ αἱ] αἱ om. F. 14. ΑΗ] ΑΝ F. 15. ΕΔΗ] ΕΔΝ F. 19. ΕΗΖ] ΕΝΖ F. 25. τριγώνω] τριγω F. 26. τοῦ ΔΕΖ τριγώνου Nizze.

h. e. ad circulum $\Delta B\Gamma$, et lineae a centro circuli ad puncta contactus ductae perpendiculares sint ad contingentes [Eucl. III, 18], erunt[1]) igitur etiam lineae a uertice coni ad puncta contactus ductae perpendiculares ad ΔE, ZE, $Z\Delta$ [u. Eutocius]. itaque perpendiculares, quas commemorauimus, $H\Delta$, HB, $H\Gamma$, aequales sunt; sunt enim coni latera. ponatur igitur triangulus $\Theta K\Lambda$ aequalem habens ΘK latus perimetro trianguli ΔEZ, perpendicularem autem ΛM aequalem lineae $H\Lambda$. quoniam igitur

$$\Delta E \times \Lambda H = 2E\Delta H \text{ [Eucl. I, 41]},$$

$$\text{et } \Delta Z \times HB = 2\Delta ZH,$$

$$\text{et } EZ \times \Gamma H = 2EHZ,$$

est igitur $\Theta K \times \Lambda H$, uel, quod idem est,

$$\Theta K \times M\Lambda = 2(E\Delta H + Z\Delta H + EHZ).$$

est autem etiam

$$\Theta K \times \Lambda M = 2\Lambda K\Theta \text{ [Eucl. I, 41]}.$$

[quare $2\Lambda K\Theta = 2(E\Delta H + Z\Delta H + EHZ)$ ∴:
$\Lambda K\Theta = E\Delta H + Z\Delta H + EHZ$].

est igitur superficies pyramidis praeter basim aequalis triangulo basim habenti perimetro trianguli ΔEZ aequalem, altitudinem autem latus coni.

---

1) Lin. 3—6 Archimedes scripserat: *αἱ ἄρα ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὰ Λ, Β, Γ ἐπιζευγνύμεναι κάθετοί εἰσιν ἐπ' αὐτάς* h. e. *τὰς ἐφαπτομένας* lin. 3); u. Eutocius.

θ'.

Ἐὰν κώνου τινὸς ἰσοσκελοῦς εἰς τὸν κύκλον, ὃς ἐστι βάσις τοῦ κώνου, εὐθεῖα γραμμὴ ἐμπέσῃ, ἀπὸ δὲ τῶν περάτων αὐτῆς εὐθεῖαι γραμμαὶ ἀχθῶσιν ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ κώνου, τὸ περιληφθὲν τρίγωνον ὑπό τε τῆς ἐμπεσούσης καὶ τῶν ἐπιζευχθεισῶν ἐπὶ τὴν κορυφὴν ἔλασσον ἔσται τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου τῆς μεταξὺ τῶν ἐπὶ τὴν κορυφὴν ἐπιζευχθεισῶν.

ἔστω κώνου ἰσοσκελοῦς βάσις ὁ ΑΒΓ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Δ, καὶ διήχθω τις εἰς αὐτὸν εὐθεῖα ἡ ΑΓ· καὶ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὰ Α, Γ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΔ, ΔΓ. λέγω, ὅτι τὸ ΑΔΓ τρίγωνον ἔλασσόν ἐστι τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου τῆς μεταξὺ τῶν ΑΔΓ.



τετμήσθω ἡ ΑΒΓ περιφέρεια δίχα κατὰ τὸ Β, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΒ, ΓΒ, ΔΒ. ἔσται δὴ τὰ ΑΒΔ, ΒΓΔ τρίγωνα μείζονα τοῦ ΑΔΓ τριγώνου. ᾧ δὴ ὑπερέχει τὰ εἰρημένα τρίγωνα τοῦ ΑΔΓ τριγώνου, ἔστω τὸ Θ. τὸ δὴ Θ ἤτοι τῶν ΑΒ, ΒΓ τμημάτων ἔλασσόν ἐστιν, ἢ οὔ. ἔστω μὴ ἔλασσον πρότερον. ἐπεὶ οὖν δύο εἰσὶν ἐπιφάνειαι ἥ τε κωνικὴ ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΒ μετὰ τοῦ ΑΕΒ τμήματος καὶ ἡ τοῦ ΑΔΒ τρι-

---

1. ι' F. 5. περιληφθέν] scripsi; περιλειφθεν F, uulgo. 6. ἐμπεσούσης] εκπεσουσης F; postea corr. B.

IX.

Si in cono aequicrurio[1]) linea recta in circulum, qui est basis coni, incidit, et a terminis eius lineae rectae ducuntur ad uerticem coni, triangulus, qui continetur a linea incidenti et lineis ad uerticem ductis, minor erit superficie coni, quae est inter lineas ad uerticem ductas.

sit *ΑΒΓ* circulus basis coni aequicrurii, uertex autem *Δ* punctum, et in circulum incidat linea *ΑΓ*, et a uertice ad *Α*, *Γ* puncta ducantur lineae *ΑΔ*, *ΔΓ*. dico triangulum *ΑΔΓ* minorem esse superficie coni, quae inter *ΑΔ*, *ΔΓ* lineas sit.[2])

secetur *ΑΒΓ* ambitus in duas partes aequales in *Β* puncto, et ducantur *ΑΒ*, *ΓΒ*, *ΔΒ*. erunt igitur trianguli *ΑΒΔ*, *ΒΓΔ* maiores triangulo *ΑΔΓ*[3]) [u. Eutocius]. sit igitur *Θ* spatium aequale ei spatio, quo excedunt trianguli *ΑΒΔ*, *ΒΓΔ* triangulum *ΑΔΓ*. itaque *Θ* spatium aut minus est segmentis *ΑΒ*, *ΒΓ*, aut non minus. — prius sit ne minus. quoniam igitur datae sunt duae superficies, conica superficies, quae est inter lineas *ΑΔ*, *ΔΒ*, una cum segmento *ΑΕΒ* et triangulus *ΑΔΒ*, eundem terminum habentes perimetrum trianguli *ΑΔΒ*, maior erit superficies comprehendens comprehensa [*λαμβ.* 4]. itaque superficies co-

---

1) Graece genetiuus legitur, qui ad uerbum *κύκλον* uel potius ad totam sententiam referendus esse uidetur, de qua dicendi licentia infra dicetur.

2) Hoc nimis ambiguum est; Archimedes sine dubio hoc saltem loco addiderat: *καὶ τῆς ΑΒΓ περιφερείας*, ut prop. 10 p. 38, 25; Quaest. Arch. p. 72.

3) Lin. 19—20 Archimedes scripserat: *μείζονα ἄρα ἐστὶ τὰ ΑΒΔ, ΒΔΓ τρίγωνα τοῦ ΑΔΓ τριγώνου* (u. Eutocius).

γώνου τὸ αὐτὸ πέρας ἔχουσαι τὴν περίμετρον τοῦ τριγώνου τοῦ ΑΔΒ, μείζων ἔσται ἡ περιλαμβάνουσα τῆς περιλαμβανομένης. μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ κωνικὴ ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΒ μετὰ τοῦ ΑΕΒ τμή-
5 ματος τοῦ ΑΒΔ τριγώνου. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ μεταξὺ τῶν ΒΔΓ μετὰ τοῦ ΓΖΒ τμήματος μείζων ἐστὶν τοῦ ΒΔΓ τριγώνου. ὅλη ἄρα ἡ κωνικὴ ἐπιφάνεια μετὰ τοῦ Θ χωρίου μείζων ἐστὶ τῶν εἰρημένων τριγώνων. τὰ δὲ εἰρημένα τρίγωνα ἴσα ἐστὶ τῷ τε ΑΔΓ τρι-
10 γώνῳ καὶ τῷ Θ χωρίῳ. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ Θ χωρίον· λοιπὴ ἄρα ἡ κωνικὴ ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΓ μείζων ἐστὶ τοῦ ΑΔΓ τριγώνου.

ἔστω δὴ τὸ Θ ἔλασσον τῶν ΑΒ, ΒΓ τμημάτων. τέμνοντες δὴ τὰς ΑΒ, ΒΓ περιφερείας δίχα καὶ τὰς
15 ἡμισείας αὐτῶν δίχα λείψομεν τμήματα ἐλάσσονα ὄντα τοῦ Θ χωρίου. λελείφθω τὰ ἐπὶ τῶν ΑΕ, ΕΒ, ΒΖ, ΖΓ εὐθειῶν, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΔΕ, ΔΖ. πάλιν τοίνυν κατὰ τὰ αὐτὰ ἡ μὲν ἐπιφάνεια τοῦ κώνου ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΕ μετὰ τοῦ ἐπὶ τῆς ΑΕ τμήματος
20 μείζων ἐστὶ τοῦ ΑΔΕ τριγώνου· ἡ δὲ μεταξὺ τῶν ΕΔΒ μετὰ τοῦ ἐπὶ τῆς ΕΒ τμήματος μείζων ἐστὶ τοῦ ΕΔΒ τριγώνου. ἡ ἄρα ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΒ μετὰ τῶν ΑΕ, ΕΒ τμημάτων μείζων ἐστὶ τῶν ΑΔΕ, ΕΒΔ τριγώνων. ἐπεὶ δὲ τὰ ΑΕΔ, ΔΕΒ τρίγωνα
25 μείζονά ἐστι τοῦ ΑΒΔ τριγώνου, καθῶς δέδεικται, πολλῷ ἄρα ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΒ μετὰ τῶν ἐπὶ τῶν ΑΕ, ΕΒ τμημάτων μείζων ἐστὶ τοῦ

---

5. δέ] scripsi; cfr. Quaest. Arch. p. 145; δη F, uulgo.
6. τῶν ΒΔΓ] του ΔΒΓ τριγωνου F, uulgo; τῶν ΒΔ, ΔΓ Torellius. 12. ΑΔΓ] scripsi; ΑΔΒ F, uulgo; ΑΔ, ΔΓ Torellius. 15. ἡμισείας] ημισιας F, uulgo. 16. λελιφθω F.

nica, quae est inter lineas $A\Delta$, ΔB, una cum segmento AEB, maior est triangulo $AB\Delta$. et eodem modo conica superficies, quae est inter lineas $B\Delta$, $\Delta\Gamma$, una cum segmento ΓZB, maior est triangulo $B\Delta\Gamma$. tota igitur superficies conica [quae est inter lineas $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ et ambitum $AEBZ\Gamma$] una cum spatio Θ maior est triangulis, quos commemorauimus [$AB\Delta$, $B\Delta\Gamma$].[1]) sed trianguli $AB\Delta$, $B\Delta\Gamma$ aequales sunt triangulo $A\Delta\Gamma$ una cum spatio Θ [ex hypothesi]. subtrahatur Θ spatium, quod commune est. itaque, quae reliqua est conica superficies, quae est inter lineas $A\Delta$, $\Gamma\Delta$, maior est triangulo $A\Delta\Gamma$.

iam sit Θ spatium minus segmentis AB, $B\Gamma$. si igitur ambitus AB, $B\Gamma$ in duas partes aequales secuerimus et dimidios ambitus in duas aequales, relinquemus aliquando segmenta minora quam Θ spatium [prop. 6 p. 24, 1]. relinquantur segmenta, quae sunt in lineis AE, EB, BZ, $Z\Gamma$, et ducantur ΔE, ΔZ. rursus igitur eodem modo [quo supra p. 34, 26] superficies coni, quae est inter lineas $A\Delta$, ΔE, cum segmento in linea AE posito maior est triangulo $A\Delta E$, et coni superficies, quae est inter lineas $E\Delta$, ΔB, cum segmento in EB linea posito maior est triangulo $E\Delta B$. quare superficies, quae est inter $A\Delta$, ΔB, cum segmentis AE, EB maior est triangulis $A\Delta E$, $EB\Delta$. sed quoniam trianguli $AE\Delta$, ΔEB maiores sunt $AB\Delta$ triangulo [u. Eutocius, p. 34, 19], multo igitur magis superficies conica, quae est inter lineas $A\Delta$, ΔB, cum segmentis in AE, EB positis maior est triangulo $A\Delta B$.

---

1) Nam ex hypothesi est $\Theta \gtreqless AEB + \Gamma ZB$ segmentis.

ΑΔΒ τριγώνου. διὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἡ ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν ΒΔΓ μετὰ τῶν ἐπὶ τῶν ΒΖ, ΖΓ μείζων ἐστὶν τοῦ ΒΔΓ τριγώνου. ὅλη ἄρα ἡ ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΓ μετὰ τῶν εἰρημένων τμημάτων μεί-
5 *ζων ἐστὶ τῶν ΑΒΔ, ΔΒΓ τριγώνων· ταῦτα δέ ἐστιν ἴσα τῷ ΑΔΓ τριγώνῳ καὶ τῷ Θ χωρίῳ· ὧν τὰ εἰρημένα τμήματα ἐλάσσονα τοῦ Θ χωρίου. λοιπὴ ἄρα ἡ ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν ΑΔΓ μείζων ἐστὶν τοῦ ΑΔΓ τριγώνου.*

10 *ι'.*

Ἐὰν ἐπιψαύουσαι ἀχθῶσιν τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ κώνου, ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ οὖσαι τῷ κύκλῳ καὶ συμπίπτουσαι ἀλλήλαις, ἀπὸ δὲ τῶν ἁφῶν καὶ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ κώνου εὐθεῖαι
15 *ἀχθῶσιν, τὰ περιεχόμενα τρίγωνα ὑπὸ τῶν ἐπιψαυουσῶν καὶ τῶν ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ κώνου ἐπιζευχθεισῶν εὐθειῶν μείζονά ἐστι τῆς τοῦ κώνου ἐπιφανείας τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ' αὐτῶν.*

ἔστω κῶνος, οὗ βάσις μὲν ὁ ΑΒΓ κύκλος, κορυφὴ
20 *δὲ τὸ Ε σημεῖον, καὶ τοῦ ΑΒΓ κύκλου ἐφαπτόμεναι ἤχθωσαν ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ οὖσαι αἱ ΑΔ, ΓΔ, καὶ ἀπὸ τοῦ Ε σημείου, ὅ ἐστιν κορυφὴ τοῦ κώνου, ἐπὶ τὰ Α, Δ, Γ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΑ, ΕΔ, ΕΓ· λέγω, ὅτι τὰ ΑΔΕ, ΔΕΓ τρίγωνα μείζονά ἐστι τῆς κωνι-*
25 *κῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕ, ΓΕ εὐθειῶν καὶ τῆς ΑΒΓ περιφερείας.*

---

1. *δέ*] scripsi; *δη* F, uulgo. 2. *ΒΔΓ*] scripsi; *ΑΒΓ* F, uulgo; *ΒΔ*, *ΔΓ* Torellius. *ΒΖ*, *ΖΓ τμημάτων* Nizze. 6. *το Θ* F; corr. Torellius. *ὧν*] *ὡς* Nizze. 8. *ΑΔΓ*] *ΑΔΕ* F; corr. ed. Basil. 10. *ια'* F. 19. *κονος* F. 25. *επιφανιας* F.

eodem autem modo adparet superficiem, quae inter $B\Delta$, $\Delta\Gamma$ lineas sit, cum segmentis in BZ, $Z\Gamma$ positis maiorem esse triangulo $B\Delta\Gamma$. tota igitur superficies, quae est inter $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ lineas, una cum segmentis, quae commemorauimus [AE, EB, BZ, $Z\Gamma$], maior est triangulis $AB\Delta$, $\Delta B\Gamma$, qui sunt triangulo $A\Delta\Gamma$ et spatio Θ aequales [ex hypothesi]. ex illis [h. e. superficie conica, quae inter lineas $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ et $AEBZ\Gamma$ ambitum est, et segmentis AE, EB, BZ, $Z\Gamma$] autem segmenta, quae commemorauimus, minora sunt spatio Θ [ex constructione]. quare quae reliqua est superficies inter $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ lineas posita, maior est triangulo $A\Delta\Gamma$.[1])

X.

Si ducuntur lineae tangentes circulum, qui basis est coni [aequicrurii][2]), in plano circuli positae et concurrentes, a punctis autem contactus et concursus ad coni uerticem lineae ducuntur, trianguli, qui a contingentibus et lineis ad uerticem coni ductis continentur, maiores sunt superficie coni, quae ab his lineis abscinditur.

sit conus, cuius basis circulus $AB\Gamma$, uertex autem punctum E, et ducantur lineae circulum $AB\Gamma$ contingentes in plano eodem positae, $A\Delta$, $\Gamma\Delta$, et ab E puncto, quod est uertex coni, ad A, Δ, Γ puncta ducantur lineae EA, $E\Delta$, $E\Gamma$. dico, triangulos $A\Delta E$, $\Delta E\Gamma$ maiores esse quam coni superficiem, quae inter lineas AE, ΓE et ambitum $AB\Gamma$ est.

1) Nam etiamsi aequalia essent segmenta spatio Θ, idem fieret (Eucl. I κοιν. ἔνν. 5); eo magis cum segmenta etiam minora sint.

2) Hoc uerbum Archimedes uix omiserat; Quaest. Arch. p. 73.

ἤχθω γὰρ ἡ ΗΒΖ ἐφαπτομένη τοῦ κύκλου καὶ παράλληλος οὖσα τῇ ΑΓ δίχα τμηθείσης τῆς ΑΒΓ περιφερείας κατὰ τὸ Β· καὶ ἀπὸ τῶν Η, Ζ ἐπὶ τὸ Ε ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΗΕ, ΖΕ. καὶ ἐπεὶ μείζους εἰσὶν αἱ
5 ΗΔ, ΔΖ τῆς ΗΖ, κοιναὶ προσκείσθωσαν αἱ ΗΑ, ΖΓ· ὅλαι ἄρα αἱ ΑΔ, ΔΓ μείζους εἰσὶν τῶν ΑΗ, ΗΖ, ΖΓ. καὶ ἐπεὶ αἱ ΑΕ, ΕΒ, ΕΓ πλευραί εἰσιν τοῦ κώνου, ἴσαι εἰσὶν διὰ τὸ ἰσοσκελῆ εἶναι τὸν κῶνον. ὁμοίως δὲ καὶ κάθετοί εἰσιν [ὡς ἐδείχθη ἐν τῷ λήμματι]· τὰ
10 δὲ ὑπὸ τῶν καθέτων καὶ τῶν βάσεων τῶν ΑΕΔ, ΔΓΕ τριγώνων μείζονά ἐστι τῶν ΑΗΕ, ΗΕΖ, ΖΕΓ τριγώνων. εἰσὶν γὰρ αἱ μὲν ΑΗ, ΗΖ, ΖΓ ἐλάσσους τῶν ΓΔ, ΔΑ, τὰ δὲ ὕψη αὐτῶν ἴσα [φανερὸν γάρ, ὅτι ἡ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ ὀρθοῦ κώνου ἐπὶ τὴν
15 ἐπαφὴν τῆς βάσεως ἐπιζευγνυμένη κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὴν ἐφαπτομένην]. ᾧ δὲ μείζονά ἐστιν τὰ ΑΕΔ, ΔΓΕ τρίγωνα τῶν ΑΕΗ, ΗΕΖ, ΖΕΓ τριγώνων, ἔστω τὸ Θ χωρίον· τὸ δὴ Θ χωρίον ἤτοι ἔλαττόν ἐστιν τῶν περιλειμμάτων τῶν ΑΗΒΚ, ΒΖΓΔ ἢ οὐκ ἔλαττον.
20 ἔστω πρότερον μὴ ἔλαττον. ἐπεὶ οὖν εἰσιν ἐπιφάνειαι σύνθετοι, ἥ τε τῆς πυραμίδος τῆς ἐπὶ βάσεως τοῦ ΗΑΓΖ τραπεζίου κορυφὴν ἔχουσα τὸ Ε καὶ ἡ κωνικὴ ἐπιφάνεια ἡ μεταξὺ τῶν ΑΕΓ μετὰ τοῦ ΑΒΓ τμήματος, καὶ πέρας ἔχουσι τὴν αὐτὴν περίμετρον τοῦ

---

1. ἡ om. F. 9. λημματι F. 10. τῶν ΑΕΔ, ΔΓΕ τριγώνων μείζονά ἐστι om. F; suppleuit Torellius. 16. δέ] scripsi; δη F, uulgo. 17. τὸ Θ χωρίον· τὸ δὴ Θ χωρίον om. F lacuna relicta; suppleuit ed. Basil. et Cr.; iam D: τὸ Θ χωρίον· τὸ δὴ χωρίον. τὸ δὲ Θ χωρίον, sed manu 2. 18. τῶν περιλειμμάτων usque ad ἐπεὶ οὖν lin. 20 (incl.) om. F lacuna relicta; suppleuit ed. Basil. (et Cr.), sed habet περιλημμάτων (περιλεμμ. Torellius) lin. 19, ΑΗΒ, ΒΖΓ lin. 19, πρῶτον et οὐκ (pro πρότερον μή) lin. 20, quos errores correxi. 21. βάσεως]

ducatur enim HBZ linea circulum contingens et lineae $A\Gamma$ parallela, ambitu $AB\Gamma$ in B puncto in duas partes aequales diuiso [u. Eutocius]. et ab H, Z punctis ad E punctum ducantur lineae HE, ZE. et quoniam $H\Delta + \Delta Z > HZ$ [Eucl. I, 20], communes addantur HA, $Z\Gamma$ lineae. itaque totae

$$A\Delta + \Delta\Gamma > AH + HZ + Z\Gamma.$$

et quoniam AE, EB, $E\Gamma$ latera sunt coni, aequales sunt, quia conus aequicrurius est. sed eaedem etiam perpendiculares sunt [u. Eutocius ad prop. 8]. sed trianguli $AE\Delta$, $\Delta\Gamma E$ maiores sunt triangulis AHE, HEZ, $ZE\Gamma$[1]); nam $AH + HE + Z\Gamma$ bases minores sunt $\Gamma\Delta + \Delta A$ basibus, et altitudines aequales[2]) [tum cfr. Eucl. VI, 1]. quo autem spatio maiores sunt trianguli $AE\Delta$, $\Delta\Gamma E$ triangulis AEH, HEZ, $ZE\Gamma$, sit Θ spatium. itaque Θ spatium aut minus est spatiis relictis $AHBK$, $BZ\Gamma\Lambda$[3]) aut non minus. sit prius ne minus. iam cum habeamus superficies coniunctas, superficiem pyramidis, cuius basis est trapezium $H\Lambda\Gamma Z$, uerticem

1) Archimedes sine dubio scripserat hunc fere in modum: *τὰ ἄρα ΑΕΔ, ΔΓΕ τρίγωνα μείζονα* cett., quod etiam usus non Archimedeus uerbi *κάθετος* lin. 10 (Quaest. Arch. p. 71) significat; falsarius causam uoluit significare, sed tum postea scribendum erat: *τῶν ὑπὸ τῶν καθέτων καὶ τῶν βάσεων τῶν ΑΗΕ κτλ.*

2) Uerba, quae sequuntur, subditiua et insuper transposita (Quaest. Arch. p. 74) iam Nizze damnauit.

3) Cum infra p. 42, 7 et 10 in codd. legatur *ΑΗΒΚ*, *ΒΖΓΛ* quod in ed. Basil. et apud Torellium in *ΑΗΒ*, *ΒΖΓ* mutatum est, non dubitaui hoc quoque loco eandem scripturam per se meliorem reponere, praesertim cum ex erroribus supra p. 40 not. correctis adparet, lacunam codicum in ed. Basil. coniectura suppletam esse.

βαως F. 22. *τραπεζίου*] *ι* in rasura manu 1 F. *τὸ Ε*] *του Ε* F; corr. ed. Basil. *κονικη* F.

ΑΕΓ τριγώνου, δῆλον, ὡς ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος χωρὶς τοῦ ΑΕΓ τριγώνου μείζων ἐστὶν τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας μετὰ τοῦ τμήματος τοῦ ΑΒΓ. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ΑΒΓ τμῆμα. λοιπὰ ἄρα τὰ τρίγωνα τὰ ΑΗΕ, ΗΕΖ, ΖΕΓ μετὰ τῶν ΑΗΒΚ, ΒΖΓΛ περιλειμμάτων μείζονά ἐστιν τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕ, ΕΓ. τῶν δὲ ΑΗΒΚ, ΒΖΓΛ περιλειμμάτων οὐκ ἔλασσόν ἐστι τὸ Θ χωρίον. πολλῷ ἄρα τὰ ΑΗΕ, ΗΕΖ, ΖΕΓ τρίγωνα μετὰ τοῦ Θ μείζονα ἔσται τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕ, ΕΓ. ἀλλὰ τὰ ΑΗΕ, ΗΕΖ, ΓΕΖ τρίγωνα μετὰ τοῦ Θ ἐστιν τὰ ΑΕΔ, ΔΕΓ τρίγωνα. τὰ ἄρα ΑΕΔ, ΔΕΓ τρίγωνα μείζονα ἔσται τῆς εἰρημένης κωνικῆς ἐπιφανείας.



ἔστω δὴ τὸ Θ ἔλασσον τῶν περιλειμμάτων. ἀεὶ δὴ περιγράφοντες πολύγωνα περὶ τὰ τμήματα ὁμοίως δίχα τεμνομένων τῶν περιλειπομένων περιφερειῶν καὶ ἀγομένων ἐφαπτομένων λείψομέν τινα ἀπολείμματα, ἃ ἔσται ἐλάσσονα τοῦ Θ χωρίου. λελείφθω καὶ ἔστω τὰ ΑΜΚ, ΚΝΒ, ΒΞΛ, ΛΟΓ ἐλάσσονα ὄντα τοῦ Θ χωρίου, καὶ ἐπεζεύχθω ἐπὶ τὸ Ε. πάλιν δὴ φανερόν, ὅτι τὰ ΑΗΕ,

---

1. ΑΕΓ] ΑΒΓ F. 7. περιλειμμάτων] scripsi; περιλημμ. F, uulgo. 11. περιλειμμάτων] scripsi; περιλιματων F; περιλημμάτων uulgo. 17. ΓΕΖ] scripsi; om. F, uulgo ob praecedens ΗΕΖ; ΖΕΓ ed. Basil., Torellius. 21. περιλειμμάτων] scripsi; περιλημματων F (altero μ suprascripto manu 1), uulgo.

habentem E punctum, et superficiem conicam, quae est inter lineas AE, $E\Gamma$, una cum segmento $AB\Gamma$, et terminum habeant eandem perimetrum trianguli $AE\Gamma$, adparet, superficiem pyramidis praeter triangulum $AE\Gamma$ maiorem esse conica superficie una cum segmento $AB\Gamma$ [*λαμβ.* 4]. subtrahatur segmentum $AB\Gamma$ commune. itaque qui reliqui sunt trianguli AHE, HEZ, $ZE\Gamma$ una cum spatiis relictis $AHBK$, $BZ\Gamma\Lambda$, maiores sunt superficie conica, quae est inter lineas AE, $E\Gamma$ [Eucl. I *κοιν. ἐνν.* 5]. spatium autem Θ non minus est spatiis relictis $AHBK$, $BZ\Gamma\Lambda$. itaque trianguli AHE, HEZ, $ZE\Gamma$ una cum spatio Θ multo maiores erunt superficie conica, quae inter lineas AE, $E\Gamma$ est. sed [ex hypothesi] sunt:

$$AHE + HEZ + \Gamma EZ + \Theta = AE\Delta + \Delta E\Gamma.$$

itaque trianguli $AE\Delta$, $\Delta E\Gamma$ maiores erunt conica superficie, quam commemorauimus.

sit igitur Θ spatium minus quam spatia relicta. si igitur deinceps polygona circum segmenta[1]) circumscripserimus eodem modo [ut supra p. 40, 2] ambitus relictos in duas partes aequales diuidentes et lineas contingentes ducentes, relinquemus quaedam spatia minora spatio Θ[2]). relinquantur et sint AMK, KNB, $B\Xi\Lambda$, $\Lambda O\Gamma$ minora spatio Θ, et lineae ad E punctum

1) Debebat esse *τὸ τμῆμα*, et ex Eutocio adparet, Archimedem lin. 21 scripsisse: *περιγράφοντες δὴ πολύγωνα περὶ τὸ τμῆμα.*

2) Ex prop. 6 p. 24, 8. ceterum ex Eutocio comperimus, Archimedem lin. 24 scripsisse: *ἀποτμήματα ἐλάσσονα τοῦ Θ χωρίου.*

24. *ἀπολείμματα*] scripsi; *απολιμματα* F altero *μ* suprascripto manu 1; *ἀπολήμματα* ed. Basil.; *ἀποτμήματα* Torellius.

ΗΕΖ, ΖΕΓ τρίγωνα τῶν ΑΕΜ, ΜΕΝ, ΝΕΞ, ΞΕΟ, ΟΕΓ τριγώνων ἔσται μείζονα· αἵ τε γὰρ βάσεις τῶν βάσεών εἰσι μείζους καὶ τὸ ὕψος ἴσον. ἔτι δὲ πάλιν ὁμοίως μείζονα ἔχει ἐπιφάνειαν ἡ πυραμὶς ἡ βάσιν μὲν ἔχουσα τὸ ΑΜΝΞΟΓ πολύγωνον, κορυφὴν δὲ τὸ Ε χωρὶς τοῦ ΑΕΓ τριγώνου τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕΓ μετὰ τοῦ ΑΒΓ τμήματος. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ΑΒΓ τμῆμα. λοιπὰ ἄρα τὰ ΑΕΜ, ΜΕΝ, ΝΕΞ, ΞΕΟ, ΟΕΓ τρίγωνα μετὰ τῶν ΑΜΚ, ΚΝΒ, ΒΞΑ, ΑΟΓ περιλειμμάτων μείζονα ἔσται τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕΓ. ἀλλὰ τῶν μὲν εἰρημένων περιλειμμάτων μεῖζόν ἐστιν τὸ Θ χωρίον, τῶν δὲ ΑΕΜ, ΜΕΝ, ΝΕΞ, ΞΕΟ, ΟΕΓ τριγώνων μείζονα ἐδείχθη τὰ ΑΕΗ, ΗΕΖ, ΖΕΓ τρίγωνα. πολλῷ ἄρα τὰ ΑΕΗ, ΗΕΖ, ΖΕΓ τρίγωνα μετὰ τοῦ Θ χωρίου, τουτέστι τὰ ΑΔΕ, ΔΕΓ τρίγωνα, μείζονά ἐστιν τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν ΑΕΓ εὐθειῶν.

ια'.

Ἐὰν ἐν ἐπιφανείᾳ ὀρθοῦ κυλίνδρου δύο εὐθεῖαι ὦσιν, ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου ἡ μεταξὺ τῶν εὐθειῶν μείζων ἐστιν τοῦ παραλληλογράμμου τοῦ περιεχομένου ὑπό τε τῶν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου εὐθειῶν καὶ τῶν ἐπιζευγνυουσῶν τὰ πέρατα αὐτῶν.

ἔστω κύλινδρος ὀρθός, οὗ βάσις μὲν ὁ ΑΒ κύκλος, ἀπεναντίον δὲ ὁ ΓΔ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΓ, ΒΔ.

---

3. καὶ τὸ ὕψος om. F, uulgo; τὸ δὲ ὕψος ed. Basil., Torellius. 10. περιλημματων F, uulgo. 12. περιλειμμάτων] scripsi; περιλιματων F; περιλημμάτων uulgo. 14. ΑΕΗ] ΔΕΗ F; corr. Torellius. 16. ΔΕΓ] ΔΕC F. 19. ιβ' F.

ducantur[1]). rursus igitur adparet, triangulos *AHE*, *HEZ*, *ZEΓ* maiores futuros esse triangulis *AEM*, *MEN*, *NEΞ*, *ΞEO*, *OEΓ*; nam bases maiores sunt basibus [*λαμβ.* 2], et altitudines aequales [u. p. 41, 8]. porro autem rursus, uti supra [p. 42, 1], pyramis basim habens polygonum *AMNΞOΓ*, uerticem autem *E* punctum praeter triangulum *AEΓ* superficiem maiorem habet coni superficie, quae est inter lineas *AE*, *EΓ*, cum segmento *ABΓ* [*λαμβ.* 4]. subtrahatur, quod commune est segmentum *ABΓ*. itaque qui relinquuntur trianguli *AEM*, *MEN*, *NEΞ*, *ΞEO*, *OEΓ* cum spatiis relictis *AMK*, *KNB*, *BΞΔ*, *ΔOΓ*, maiores erunt conica superficie, quae est inter lineas *AE*, *EΓ* [Eucl. I *κοιν. ἐνν.* 5]. sed spatiis relictis, quae commemorauimus, maius est spatium *Θ* [ex hypothesi], et demonstratum est, triangulis *AEM*, *MEN*, *NEΞ*, *ΞEO*, *OEΓ* maiores esse triangulos *AEH*, *HEZ*, *ZEΓ*. itaque trianguli *AEH*, *HEZ*, *ZEΓ* cum *Θ* spatio, h. e. trianguli *AΔE*, *ΔEΓ*, multo maiores sunt superficie conica, quae est inter lineas *AE*, *EΓ*.

XI.

Si in superficie cylindri recti duae lineae sunt, superficies cylindri, quae inter eas est, maior est parallelogrammo, quod a lineis in superficie cylindri ductis et lineis terminos earum iungentibus continetur.

sit cylindrus rectus, cuius basis sit circulus *AB*, ei autem oppositus *ΓΔ* circulus, et ducantur lineae *AΓ*,

---

1) Archimedes scripserat: *ἐπεζεύχθωσαν* p. 42, 25; de omisso uerbo *εὐθεῖαι* cfr. quae collegi Neue Jahrb. Suppl. XI p. 372.

λέγω, ὅτι ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν μείζων ἐστὶν τοῦ ΑΓΒΔ παραλληλογράμμου.

τετμήσθω γὰρ ἑκατέρα τῶν ΑΒ, ΓΔ δίχα κατὰ τὰ Ε, Ζ σημεῖα, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ. καὶ ἐπεὶ αἱ ΑΕ, ΕΒ τῆς ΑΒ [διαμέτρου] μείζους εἰσίν, καί ἐστιν ἰσούψη τὰ παραλληλόγραμμα τὰ ἐπ' αὐτῶν, μείζονα οὖν ἐστιν τὰ παραλληλόγραμμα, ὧν [αἱ] βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, τοῦ ΑΒΔΓ παραλληλογράμμου. τίνι ἄρα μείζονά ἐστιν; ἔστω τῷ Η χωρίῳ. τὸ δὴ Η χωρίον ἤτοι ἔλασσον τῶν ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ ἐπιπέδων ἐστὶ τμημάτων ἢ οὐκ ἔλασσον. ἔστω πρότερον μὴ ἔλασσον. καὶ ἐπεὶ ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν καὶ τὰ ΑΕΒ, ΓΖΔ τμήματα πέρας ἔχει τὸ τοῦ ΑΓΒΔ παραλληλογράμμου ἐπίπεδον, ἀλλὰ καὶ ἡ συγκειμένη ἐπιφάνεια ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, καὶ τῶν ΑΕΒ, ΓΖΔ τριγώνων πέρας ἔχει τὸ τοῦ ΑΒΔΓ παραλληλογράμμου ἐπίπεδον, καὶ ἡ ἑτέρα τὴν ἑτέραν περιλαμβάνει, καὶ ἀμφότεραι ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαί εἰσιν, μείζων οὖν ἐστιν ἡ



2. ΑΓΔΒ Torellius. 4. ΓΔ] περιφερειῶν add. ed. Basil., Torellius. 6. διαμέτρου, per se falsum, sed ad figuram codicum adcommodatum, om. ed. Basil., Torellius. 9. αἱ] deleo. βάσεις] βασ cum compendio syllabae ις uel ης F. 15. ἡ] addidi. 17. τμήματα] τριγωνα F; corr. Torellius.

$B\Delta$. dico, superficiem cylindricam lineis $A\Gamma$, $B\Delta$ abscisam maiorem esse parallelogrammo $A\Gamma B\Delta$.

secetur enim uterque [ambitus][1]) AB, $\Gamma\Delta$ in duas partes aequales punctis E, Z, et ducantur lineae AE, EB, ΓZ, $Z\Delta$. et quoniam $AE + EB > AB$ [Eucl. I, 20], et parallelogramma in iis posita eandem habent altitudinem [quia rectus est cylindrus], parallelogramma igitur, quorum bases sunt lineae AE, EB, altitudo uero eadem, quae cylindri est, maiora sunt $AB\Delta\Gamma$ parallelogrammo [Eucl. VI, 1]. quo autem spatio maiora sunt, sit H spatium.[2]) Itaque spatium H aut minus est segmentis planis AE, EB, ΓZ, $Z\Delta$, aut non minus. prius sit ne minus. et quoniam superficies cylindrica lineis $A\Gamma$, $B\Delta$ abscisa cum segmentis AEB, $\Gamma Z\Delta$ terminum habet planum parallelogrammi $A\Gamma B\Delta$, superficies autem ex parallelogrammis, quorum bases sunt AE, EB lineae, altitudo autem eadem, quae cylindri est, et ex triangulis AEB, $\Gamma Z\Delta$ composita et ipsa terminum habet planum parallelogrammi $AB\Delta\Gamma$, et altera alteram comprehendit, et utraque in eandem partem caua est,

1) Hoc uerbum Archimedes ipse uix omiserat, praesertim cum eo non addito AB, $\Gamma\Delta$ necessario de lineis rectis acciperentur.

2) Formam horum uerborum (lin. 10—11) putidam genuinam non esse, nemo non sentit. puto Archimedem, ut prop. 10 p. 40, 16, scripsisse: *ᾧ δὲ μείζονά ἐστιν, ἔστω τὸ Η χωρίον.* Etiam in sequentibus hic illic quaedam a falsario addita esse suspicor.

18. $AB\Delta\Gamma$ Torellius. 21. *βάσεις*] *βασις* F; corr. Torellius (BD? cfr. Torellius p. 432 ad 84, 19). 23. *τῶν*] scripsi; *τα* F, uulgo. 24. *τριγώνων*] scripsi; *επιπεδα* F; *τρίγωνα* BD, ed. Basil., Torellius. 26. *ἡ*] addidi. 27. *κοιλα* F; corr. B.

ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν καὶ τὰ ΑΕΒ, ΓΖΔ ἐπίπεδα τμήματα τῆς συγκειμένης ἐπιφανείας ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν [αἱ] βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, καὶ τῶν ΑΕΒ, ΓΖΔ τριγώνων. κοινὰ ἀφῃρήσθω τὰ ΑΕΒ, ΓΖΔ τρίγωνα. λοιπὴ οὖν ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν καὶ τὰ ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ ἐπίπεδα τμήματα μείζονά ἐστι τῆς συγκειμένης ἐπιφανείας ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ. τὰ δὲ παραλληλόγραμμα, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, ἴσα ἐστὶν τῷ ΑΓΒΔ παραλληλογράμμῳ καὶ τῷ Η χωρίῳ. λοιπὴ ἄρα ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν μείζων ἐστὶ τοῦ ΑΓΒΔ παραλληλογράμμου.

ἀλλὰ δὴ ἔστω ἔλασσον τὸ Η χωρίον τῶν ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ ἐπιπέδων τμημάτων· καὶ τετμήσθω ἑκάστη τῶν ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ περιφερειῶν δίχα κατὰ τὰ Θ, Κ, Λ, Μ σημεῖα, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ΓΛ, ΛΖ, ΖΜ, ΜΔ [τῶν δὲ ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ ἄρα ἐπιπέδων τμημάτων ἀφαιρεῖται οὐκ ἔλασσον ἢ τὸ ἥμισυ τὰ ΑΘΕ, ΕΚΒ, ΓΛΖ, ΖΜΔ τρίγωνα]. τούτου οὖν ἑξῆς γινομένου καταλειφθήσεταί τινα τμήματα, ἃ ἔσται ἐλάσσονα τοῦ Η χωρίου. καταλελείφθω καὶ ἔστω τὰ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ΓΛ, ΛΖ, ΖΜ, ΜΔ.

---

4. αἱ] deleo. βάσεις] βασ cum compendio ις uel ης F. τό] τω F. αὐτό] αυτω F, sed corr. man. 1. 6. αφαιρησθω F; corr. Torellius. ΑΕΒ] ΕΒ F. 8. εὐθειῶν] ευθεια F. 10. βάσεις ut lin. 4 F. 11. τῷ] om. F; corr. AB. 12. βάσεις] βασις F; corr. BD. αὐτὸ τῷ] scripsi ex B; τῷ om. F, uulgo. 13. ΑΓΔΒ Torellius. 16. ΑΓΔΒ Torellius.

maior igitur est superficies cylindrica lineis $A\Gamma$, $B\Delta$ abscisa cum segmentis planis AEB, $\Gamma Z\Delta$, quam superficies ex parallelogrammis, quorum bases sunt AE, EB lineae, altitudo autem eadem, quae cylindri est, et triangulis AEB, $\Gamma Z\Delta$ composita [λαμβ. 4]. subtrahantur trianguli AEB, $\Gamma Z\Delta$ communes. itaque quae relinquitur superficies cylindrica lineis $A\Gamma$, $B\Delta$ abscisa cum segmentis planis AE, EB, ΓZ, $Z\Delta$, maior est superficie ex parallelogrammis composita, quorum bases sunt lineae AE, EB, altitudo autem eadem, quae cylindri est. haec autem parallelogramma aequalia sunt parallelogrammo $A\Gamma B\Delta$ una cum spatio H [ex hypothesi]. itaque quae relinquitur superficies cylindrica lineis $A\Gamma$, $B\Delta$ abscisa, maior est parallelogrammo $A\Gamma B\Delta$.[1])

sed rursus sit spatium H minus segmentis planis AE, EB, ΓZ, $Z\Delta$. et secentur ambitus AE, EB, ΓZ, $Z\Delta$ omnes in duas partes aequales punctis Θ, K, Λ, M, et ducantur lineae $A\Theta$, ΘE, EK, KB, $\Gamma\Lambda$, ΛZ, ZM, $M\Delta$.[2]) quod si deinceps fecerimus, relinquentur segmenta quaedam, quae minora erunt spatio H. relinquantur et sint $A\Theta$, ΘE, EK, KB, $\Gamma\Lambda$, ΛZ, ZM, $M\Delta$ segmenta. similiter igitur[3]) demonstrabimus paralle-

---

1) Quia ex hypothesi $H \lesseqgtr AE + EB + \Gamma Z + Z\Delta$ segmentis.

2) Uerba, quae sequuntur: τῶν δέ lin. 21 — τρίγωνα lin. 23 subditiua sunt. Archimedes tacite usus erat prop. 6 p. 24, 6, ubi de ea ipsa re, de qua in uerbis subditiuis agitur, Euclides citatur, demonstratione propria non addita; nec apud Archimedem quidquam inuenitur, unde colligatur $A\Theta E + EKB + \Gamma\Lambda Z + ZM\Delta \lesseqgtr \frac{1}{2}(AE + EB + \Gamma Z + Z\Delta)$. praeterea offendunt particulae δέ et ἄρα coniunctae.

3) Sc. ac supra p. 46, 8 ex Eucl. I, 20; VI, 1.

ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι τὰ παραλληλόγραμμα, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, μείζονα ἔσται τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίν-
5 δρῳ. καὶ ἐπεὶ ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν καὶ τὰ ΑΕΒ, ΓΖΔ ἐπίπεδα τμήματα πέρας ἔχει τὸ τοῦ ΑΓΒΔ παραλληλογράμμου ἐπίπεδον, ἀλλὰ καὶ ἡ συγκειμένη ἐπιφάνεια ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΘ,
10 ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, καὶ τῶν ΑΘΕΚΒ, ΓΛΖΜΔ εὐθυγράμμων, κοινὰ ἀφῃρήσθω τὰ ΑΘΕΚΒ, ΓΛΖΜΔ εὐθύγραμμα· λοιπὴ ἄρα ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν καὶ τὰ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ΓΛ,
15 ΛΖ, ΖΜ, ΜΔ ἐπίπεδα τμήματα μείζονά ἐστιν τῆς συγκειμένης ἐπιφανείας ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ. τὰ δὲ παραλληλόγραμμα, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ
20 κυλίνδρῳ, μείζονά ἐστιν τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ· καὶ ἡ ἀποτεμνομένη ἄρα κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν καὶ τὰ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ΓΛ, ΛΖ, ΖΜ, ΜΔ ἐπίπεδα τμήματα μείζονά
25 ἐστιν τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ,

---

1. των παραλληλογραμμων F; corr. ed. Basil. βασις F; corr. BD. 3. τα παραλληλογραμμα F; corr. Cr., ed. Basil. 4. βασις F. τῷ om. F. 7. ΑΓΔΒ Torellius. 9. βάσεις] βασις F; corr. BD. ὧν βάσεις μέν in rasura F. 11. κονα F; corr. manus 2. 17. βασ cum compendio ις uel ης F; corr. BD. 18. τῷ om. F. βασις F; corr. BD. 21. βάσεις ut lin. 17 F; corr. BD. αἱ om. F. 25. βάσεις ut lin. 17 F; corr. BD.

logramma, quorum bases sint *ΑΘ*, *ΘΕ*, *ΕΚ*, *ΚΒ*, altitudo autem eadem, quae cylindri est, maiora futura esse parallelogrammis, quorum bases sint lineae *ΑΕ*, *ΕΒ*, altitudo autem eadem, quae cylindri est. et quoniam superficies cylindrica lineis *ΑΓ*, *ΒΔ* abscisa cum segmentis planis *ΑΕΒ*, *ΓΖΔ* terminum habet planum parallelogrammi *ΑΓΒΔ*, superficies autem ex parallelogrammis, quorum bases sunt lineae *ΑΘ*, *ΘΕ*, *ΕΚ*, *ΚΒ*, altitudo autem eadem, quae cylindri est, et figuris rectilineis *ΑΘΕΚΒ*, *ΓΛΖΜΔ* composita [et ipsa terminum habet planum parallelogrammi *ΑΓΒΔ*, maior igitur est superficies cylindrica lineis *ΑΓ*, *ΒΔ* abscisa cum segmentis planis *ΑΕΒ*, *ΓΖΔ* superficie ex parallelogrammis, quorum bases sunt lineae *ΑΘ*, *ΘΕ*, *ΕΚ*, *ΚΒ*, altitudo autem eadem, quae cylindri est, et figuris rectilineis *ΑΘΕΚΒ*, *ΓΛΖΜΔ* composita (*λαμβ.* 4)].[1]) subtrahantur figurae *ΑΘΕΚΒ*, *ΓΛΖΜΔ* communes. itaque quae relinquitur superficies cylindrica lineis *ΑΓ*, *ΒΔ* abscisa cum segmentis planis *ΑΘ*, *ΘΕ*, *ΕΚ*, *ΚΒ*, *ΓΛ*, *ΛΖ*, *ΖΜ*, *ΜΔ*, maior est superficie cylindrica ex parallelogrammis composita, quorum bases sunt lineae *ΑΘ*, *ΘΕ*, *ΕΚ*, *ΚΒ*, altitudo autem eadem, quae cylindri est. haec autem parallelogramma maiora sunt parallelogrammis, quorum bases sunt lineae *ΑΕ*, *ΕΒ*, altitudo autem

1) Post *εὐθυγράμμων* lin. 11 aut a transscriptore aut a librariis haec fere omissa esse puto: *πέρας ἔχει τὸ τοῦ ΑΓΒΔ παραλληλογράμμου ἐπίπεδον, μείζων οὖν ἐστιν ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν καὶ τὰ ΑΕΒ, ΓΖΔ ἐπίπεδα τμήματα τῆς συγκειμένης ἐπιφανείας ἐκ τῶν παραλληλογράμμων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, καὶ τῶν ΑΘΕΚΒ, ΓΛΖΜΔ εὐθυγράμμων* (cfr. p. 46—48).

ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ. τὰ δὲ παραλληλόγραμμα, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΑΕ, ΕΒ, ὕψος δὲ τὸ αὐτὸ τῷ κυλίνδρῳ, ἴσα ἐστὶν τῷ ΑΔΓΒ παραλληλογράμμῳ καὶ τῷ Η χωρίῳ· καὶ ἡ ἀποτεμνομένη ἄρα κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν καὶ τὰ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ΓΛ, ΛΖ, ΖΜ, ΜΔ ἐπίπεδα τμήματα μείζονά ἐστιν τοῦ ΑΓΒΔ παραλληλογράμμου καὶ τοῦ Η χωρίου. ἀφαιρεθέντων δὲ τὰ ΑΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΒ, ΓΛ, ΛΖ, ΖΜ, ΜΔ τμήματα τοῦ Η χωρίου ἐλάσσονα. λοιπὴ ἄρα ἡ ἀποτεμνομένη κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΒΔ εὐθειῶν μείζων ἐστὶν τοῦ ΑΓΒΔ παραλληλογράμμου.

ιβ'.

Ἐὰν ἐν ἐπιφανείᾳ κυλίνδρου τινὸς ὀρθοῦ δύο εὐθεῖαι ὦσιν, ἀπὸ δὲ τῶν περάτων τῶν εὐθειῶν ἀχθῶσίν τινες ἐπιψαύουσαι τῶν κύκλων, οἵ εἰσιν βάσεις τοῦ κυλίνδρου, ἐν τῷ ἐπιπέδῳ αὐτῶν οὖσαι καὶ συμπέσωσιν, τὰ παραλληλόγραμμα τὰ περιεχόμενα ὑπό τε τῶν ἐπιψαυουσῶν καὶ τῶν πλευρῶν τοῦ κυλίνδρου μείζονα ἔσται τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου τῆς μεταξὺ τῶν εὐθειῶν τῶν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου.

ἔστω κυλίνδρου τινὸς ὀρθοῦ βάσις ὁ ΑΒΓ κύκλος, καὶ ἔστωσαν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ αὐτοῦ δύο εὐθεῖαι, ὧν πέρατα τὰ Α, Γ· ἀπὸ δὲ τῶν Α, Γ ἤχθωσαν ἐπιψαύουσαι τοῦ κύκλου ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ οὖσαι καὶ συμπιπτέτωσαν κατὰ τὸ Η. νοείσθωσαν δὲ καὶ ἐν τῇ

---

2. βασις F. 3. ΑΔΓΒ] FB*; ΑΔΒΓ C*; ΑΓΔΒ uulgo. παραλληλογραμμα FC. 8. ἀφαιρεθέντων] scripsi; αφαιρεθεντα F, uulgo. 10. λοιπον F; corr. B. 12. ΑΓΔΒ Torellius. 13. ιγ' F. 16. βάσεις] βασ cum compendio ις uel ης F; corr. D.

eadem, quae cylindri est. itaque etiam superficies cylindrica lineis *ΑΓ*, *ΒΔ* abscisa et segmenta plana *ΑΘ*, *ΘΕ*, *ΕΚ*, *ΚΒ*, *ΓΛ*, *ΛΖ*, *ΖΜ*, *ΜΔ* maiora sunt parallelogrammis, quorum bases sunt *ΑΕ*, *ΕΒ* lineae, altitudo autem eadem, quae cylindri est. haec autem parallelogramma aequalia sunt parallelogrammo *ΑΓΒΔ* et spatio *Η* [ex hypothesi]. itaque etiam superficies cylindrica lineis *ΑΓ*, *ΒΔ* abscisa cum segmentis planis *ΑΘ*, *ΘΕ*, *ΕΚ*, *ΚΒ*, *ΓΛ*, *ΛΖ*, *ΖΜ*, *ΜΔ* maior est parallelogrammo *ΑΓΒΔ* cum *Η* spatio. subtrahantur autem segmenta *ΑΘ*, *ΘΕ*, *ΕΚ*, *ΚΒ*, *ΓΛ*, *ΛΖ*, *ΖΜ*, *ΜΔ* minora spatio *Η* [p. 48, 25]. itaque quae relinquitur superficies cylindrica lineis *ΑΓ*, *ΒΔ* abscisa, maior est parallelogrammo *ΑΓΒΔ*.

XII.

Si in superficie cylindri recti duae lineae datae sunt, et a terminis linearum ducuntur lineae circulos contingentes, qui bases sunt cylindri, in plano circulorum positae, et concurrunt[1]), parallelogramma, quae lineis contingentibus et lateribus cylindri continentur, maiora erunt superficie cylindri, quae inter lineas est in superficie cylindri ductas.

sit circulus *ΑΒΓ* basis cylindri recti, et in superficie eius duae lineae datae sint, quarum termini sint *Α*, *Γ* puncta. ab *Α*, *Γ* autem punctis ducantur lineae circulum contingentes in eodem plano positae, et concurrant in puncto *Η*. fingantur autem etiam in altera

1) Prop. 10 p. 38, 13 erat: *καὶ συμπίπτουσαι.*

ἑτέρᾳ βάσει τοῦ κυλίνδρου ἀπὸ τῶν περάτων τῶν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ εὐθεῖαι ἠγμέναι ἐπιψαύουσαι τοῦ κύκλου. δεικτέον, ὅτι τὰ παραλληλόγραμμα τὰ περιεχόμενα ὑπὸ τῶν ἐπιψαυουσῶν καὶ τῶν πλευρῶν τοῦ κυλίνδρου μείζονά ἐστι τῆς κατὰ τὴν ΑΒΓ περιφέρειαν ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου.

ἤχθω γὰρ ἡ ΕΖ ἐπιψαύουσα, καὶ ἀπὸ τῶν Ε, Ζ σημείων ἤχθωσάν τινες εὐθεῖαι παρὰ τὸν ἄξονα τοῦ κυλίνδρου ἕως τῆς ἐπιφανείας τῆς ἑτέρας βάσεως. τὰ δὴ παραλληλόγραμμα τὰ περιεχόμενα ὑπὸ τῶν ΑΗ, ΗΓ καὶ τῶν πλευρῶν τοῦ κυλίνδρου μείζονά ἐστι τῶν παραλληλογράμμων τῶν περιεχομένων ὑπό τε τῶν ΑΕ, ΕΖ, ΖΓ καὶ τῆς πλευρᾶς τοῦ κυλίνδρου [ἐπεὶ γὰρ αἱ ΕΗ, ΗΖ τῆς ΕΖ μείζους εἰσίν, κοιναὶ προσκείσθωσαν αἱ ΑΕ, ΖΓ. ὅλαι ἄρα αἱ ΗΑ, ΗΓ μείζους εἰσὶν τῶν ΑΕ, ΕΖ, ΖΓ]. ᾧ δὴ μείζονά ἐστιν, ἔστω τὸ Κ χωρίον. τοῦ δὴ Κ χωρίου τὸ ἥμισυ ἤτοι μεῖζόν ἐστι τῶν σχημάτων τῶν περιεχομένων ὑπὸ τῶν ΑΕ, ΕΖ, ΖΓ εὐθειῶν καὶ τῶν ΑΔ, ΔΒ, ΒΘ, ΘΓ περιφερειῶν



1. περάτων τῶν] τῶν om. F; corr. Torellius. 2. Post ἐπιφανείᾳ fortasse addendum est εὐθειῶν, cogitatione saltem. 13. τῶν πλευρῶν Cr., ed. Basil., Torellius. 16. εἰσίν] ειναι F; corr. B. κοναι F; corr. manus 2 (?).

basi cylindri a terminis linearum in superficie ductarum lineae circulum contingentes ductae. demonstrandum, parallelogramma, quae lineis contingentibus et lateribus cylindri contineantur, maiora esse superficie cylindrica in ambitu $AB\Gamma$ posita.

ducatur enim EZ linea contingens[1]), et a punctis E, Z ducantur lineae axi cylindri parallelae usque ad[2]) superficiem[3]) alterius basis. itaque parallelogramma, quae lineis AH, $H\Gamma$ et lateribus cylindri continentur, maiora sunt parallelogrammis, quae lineis AE, EZ, $Z\Gamma$ et latere cylindri continentur.[4]) quo igitur maiora sunt spatio, sit K spatium. itaque dimidium spatii K aut maius est figuris, quae lineis AE, EZ, $Z\Gamma$ et arcubus $A\Delta$, ΔB, $B\Theta$, $\Theta\Gamma$ continentur, aut non maius. sit prius maius. superficiei autem, quae composita est ex parallelogrammis in lineis AE, EZ,

---

1) Post ἐπιψαύουσα lin. 7 Nizze addi uult: δίχα τμηθείσης τῆς $AB\Gamma$ περιφερείας κατὰ τὸ B, et fortasse sic scripserat Archimedes.

2) Archimedes ipse particula ἕως hoc modo non utitur; quare puto eam a transscriptore pro ἔστε πρὸς uel μέχρι suppositam esse (Quaest. Arch. p. 70).

3) Puto Archimedem aut τῆς ἐπιφανείας omisisse aut τοῦ ἐπιπέδου scripsisse; neque enim apte commemoratur ἡ ἐπιφάνεια τῆς βάσεως, quasi ἡ βάσις solida sit.

4) Nam $EH + HZ > EZ$ (Eucl. I, 20)

$$\frac{AE + Z\Gamma = AE + Z\Gamma}{AH + H\Gamma > AE + EZ + Z\Gamma.}$$

itaque cum altitudo eadem sit, parallelogramma, quorum bases sunt AH, $H\Gamma$, maiora sunt parallelogrammis, quorum bases sunt AE, EZ, $Z\Gamma$ (Eucl. VI, 1). sed quae in Graecis addita sunt uerba lin. 14—20, ualde mihi suspecta sunt, quia Archimedes causam, qua nititur aliquid, praemittere solet, non postea addere. etiam in sequentibus fortasse quaedam addita, quaedam mutata sunt.

ἢ οὔ. ἔστω πρότερον μεῖζον. τῆς δὲ ἐπιφανείας τῆς συγκειμένης ἐκ τῶν παραλληλογράμμων τῶν κατὰ τὰς ΑΕ, ΕΖ, ΖΓ καὶ τοῦ ΑΕΖΓ τραπεζίου καὶ τοῦ κατεναντίον αὐτοῦ ἐν τῇ ἑτέρᾳ βάσει τοῦ κυλίνδρου πέρας ἐστὶν ἡ περίμετρος τοῦ παραλληλογράμμου τοῦ κατὰ τὴν ΑΓ. ἔστιν δὲ καὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς συγκειμένης ἐκ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου τῆς κατὰ τὴν ΑΒΓ περιφέρειαν καὶ τῶν τμημάτων τοῦ τε ΑΒΓ καὶ τοῦ ἀπεναντίον αὐτοῦ πέρας ἡ αὐτὴ περίμετρος. αἱ οὖν εἰρημέναι ἐπιφάνειαι τὸ αὐτὸ πέρας ἔχουσαι τυγχάνουσιν, ὅπερ ἐστὶν ἐν ἐπιπέδῳ, καί εἰσιν ἀμφότεραι ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαι, καί τινα μὲν περιλαμβάνει ἡ ἑτέρα αὐτῶν, τινὰ δὲ κοινὰ ἔχουσιν· ἐλάσσων ἄρα ἐστὶν ἡ περιλαμβανομένη· ἀφαιρεθέντων οὖν κοινῶν τοῦ τε ΑΒΓ τμήματος καὶ τοῦ ἀπεναντίον αὐτοῦ ἐλάσσων ἐστὶν ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου ἡ κατὰ τὴν ΑΒΓ περιφέρειαν τῆς συγκειμένης ἐπιφανείας ἔκ τε τῶν παραλληλογράμμων τῶν κατὰ τὰς ΑΕ, ΕΖ, ΖΓ καὶ τῶν σχημάτων τῶν ΑΕΒ, ΒΖΓ καὶ τῶν ἀπεναντίον αὐτῶν. αἱ δὲ τῶν εἰρημένων παραλληλογράμμων ἐπιφάνειαι μετὰ τῶν εἰρημένων σχημάτων ἐλάττους εἰσὶν τῆς ἐπιφανείας τῆς συγκειμένης ἐκ τῶν παραλληλογράμμων τῶν κατὰ τὰς ΑΗ, ΗΓ [μετὰ γὰρ τοῦ Κ μείζονος ὄντος τῶν σχημάτων ἴσαι ἦσαν αὐτοῖς]. δῆλον οὖν, ὅτι τὰ παραλληλόγραμμα τὰ περιεχόμενα ὑπὸ τῶν ΑΗ, ΓΗ καὶ τῶν πλευρῶν τοῦ κυλίνδρου μείζονά ἐστι τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου τῆς κατὰ τὴν ΑΒΓ περιφέρειαν. εἰ δὲ μή ἐστι μεῖζον τὸ ἥμισυ τοῦ Κ χωρίου τῶν εἰρημένων

---

3. τραπεζειου F. 4. κατεναντίον] ἀπεναντίον? ἐν τῇ om. F; corr. A. 13. ἐλάσσων] ελασσῶ F. 17. περιφερειας F per compendium; corr. A. 19. ΑΕΒ, ΒΖΓ] ΑΕ, ΕΒ, ΒΖ, ΖΓ F;

$ZΓ$ positis et trapezio $AEZΓ$ et trapezio ei opposito, quod in altera basi est cylindri, terminus est perimetrus parallelogrammi in linea $AΓ$ positi. eadem autem perimetrus terminus est superficiei compositae ex superficie cylindri in ambitu $ABΓ$ posita et segmento $ABΓ$ et segmento ei opposito. itaque superficies, quas commemorauimus, eundem terminum habent in plano positum, et utraque in eandem partem caua est, et altera earum quaedam comprehendit, quaedam cum altera communia habet. minor igitur ea est, quae comprehenditur [λαμβ. 4]. si igitur segmentum $ABΓ$ et segmentum ei oppositum utrique communia subtrahimus, minor est superficies cylindri in ambitu $ABΓ$ posita superficie composita ex parallelogrammis in lineis AE, EZ, $ZΓ$ positis et figuris AEB, $BZΓ$ et figuris iis oppositis. sed superficies parallelogrammorum, quae commemorauimus, cum figuris AEB, $BZΓ$ et figuris iis oppositis minores sunt superficie composita ex parallelogrammis in lineis AH, $HΓ$ positis.[1]) quare adparet, parallelogramma, quae lineis AH, $ΓH$ et lateribus cylindri contineantur, maiora esse superficie cylindri in ambitu $ABΓ$ posita. — sin non maius est dimidium spatii K figuris, quas commemorauimus,

1) Nam parallelogr.
$AH + HΓ =$ parallelogr. $AE + EZ + ZΓ + K$ (ex hypothesi), et $\frac{1}{2}K > AEBΔ + BZΓΘ$; itaque $K > AEBΔ + BZΓΘ$ cum figuris iis oppositis. sed uerba sequentia lin. 23—24 suspecta sunt; cfr. p. 55 not. 4; praeterea offendit αὐτοῖς (h. e. τοῖς παραλληλογράμμοις τοῖς κατὰ τὰς AH, $HΓ$) pro αὐτῇ (h. e. superficiei ex iis compositae; lin. 24).

corr. ed. Basil. „et ex portionibus plani contentis ab arcubus et lineis rectis ae, eb, bf, fc" Cr.

σχημάτων, ἀχθήσονται εὐθεῖαι ἐπιψαύουσαι τοῦ τμήματος, ὥστε γενέσθαι τὰ περιλειπόμενα σχήματα ἐλάσσονα τοῦ ἡμίσους τοῦ Κ, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἔμπροσθεν δειχθήσεται.

τούτων δὲ δεδειγμένων φανερόν ἐστιν [ἐκ τῶν προειρημένων], ὅτι, ἐὰν εἰς κῶνον ἰσοσκελῆ πυραμὶς ἐγγραφῇ, ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος χωρὶς τῆς βάσεως ἐλάσσων ἐστὶ τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας·

[ἕκαστον γὰρ τῶν περιεχόντων τὴν πυραμίδα τριγώνων ἔλασσόν ἐστι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν τοῦ τριγώνου πλευρῶν· ὥστε καὶ ὅλη ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος χωρὶς τῆς βάσεως ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου χωρὶς τῆς βάσεως.]

καὶ ὅτι, ἐὰν περὶ κῶνον ἰσοσκελῆ πυραμὶς περιγραφῇ, ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος χωρὶς τῆς βάσεως μείζων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου χωρὶς τῆς βάσεως [κατὰ τὸ συνεχὲς ἐκείνῳ].

φανερὸν δὲ ἐκ τῶν ἀποδεδειγμένων, ὅτι τε, ἐὰν εἰς κύλινδρον ὀρθὸν πρῖσμα ἐγγραφῇ, ἡ ἐπιφάνεια τοῦ πρίσματος ἡ ἐκ τῶν παραλληλογράμμων συγκειμένη ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου χωρὶς τῆς βάσεως·

[ἔλασσον γὰρ ἕκαστον παραλληλόγραμμον τοῦ πρίσματός ἐστι τῆς καθ' αὐτὸ τοῦ κυλίνδρου ἐπιφανείας.]

---

1. τμήματος] Nizze; σχηματος F, uulgo; κύκλου σχήματος ed. Basil., Torellius. 3. κατά] addidi; om. F, uulgo. 5. δέ] scripsi; δη F, uulgo. ἐστιν ἐκ] scripsi; επι μεν F, uulgo. 10. ελασσων F; corr. C. 11. ἡ] addidi; om. F, uulgo. 16. μειζω F.

ducentur lineae segmentum contingentes, ita ut figurae relictae minores sint dimidio spatii K [prop. 6 p. 23, 6]. et cetera eodem modo, quo supra [prop. 11 p. 49], demonstrabuntur.

His autem demonstratis adparet[1]), si cono aequicrurio inscribatur pyramis, superficiem pyramidis praeter basim minorem esse superficie conica.

[nam unusquisque triangulorum pyramidem comprehendentium minor est superficie conica, quae est inter latera trianguli [prop. 9]; quare etiam tota superficies pyramidis praeter basim minor est coni superficie praeter basim].

et, si circum conum aequicrurium pyramis circumscribatur, superficiem pyramidis praeter basim maiorem esse coni superficie praeter basim [prop. 10].[2])

adparet autem ex iis, quae demonstrauimus, et, si cylindro recto prisma inscribatur, superficiem prismatis ex parallelogrammis compositam minorem esse superficie cylindri praeter bases.[3])

[nam unumquodque parallelogrammum minus est cylindri superficie ad id pertinenti] [prop. 11].[4])

---

1) ἐκ τῶν προειρημένων subditiua esse puto, quia idem iam dictum est uerbis praecedentibus: τούτων δεδειγμένων.

2) κατὰ τὸ συνεχὲς ἐκείνῳ (h. e. propter sequentem propositionem) Archimedea esse non puto, maxime ob ἐκείνῳ (h. e. illi proportioni, qua nitebatur lemma praecedens) obscure et neglegenter dictum.

3) Archimedes hic et pag. 60 linn. 4, 7, 17 scripserat τῶν βάσεων (Qu. Arch. p. 73).

4) Hanc demonstrationem et similem supra lin. 9—13 subditiuas esse suspicor; turbant enim sententiarum nexum (τε — καί lin. 18—60, 1), nec intellegitur, aut cur additae sint, cum supra dictum sit: φανερὸν ἐκ τῶν δεδειγμένων (p. 58, 5 et 18), aut cur Archimedes, si eas addere uoluerit, non ceteris duobus lemmatis etiam (p. 58, 14; p. 60, 1) demonstrationes adiunxerit.

καὶ ὅτι, ἐὰν περὶ κύλινδρον ὀρθὸν πρῖσμα περιγραφῇ, ἡ ἐπιφάνεια τοῦ πρίσματος ἡ ἐκ τῶν παραλληλογράμμων συγκειμένη μείζων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου χωρὶς τῆς βάσεως.

ιγ'.

Παντὸς κυλίνδρου ὀρθοῦ ἡ ἐπιφάνεια χωρὶς τῆς βάσεως ἴση ἐστὶ κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου μέσον λόγον ἔχει τῆς πλευρᾶς τοῦ κυλίνδρου καὶ τῆς διαμέτρου τῆς βάσεως τοῦ κυλίνδρου.

ἔστω κυλίνδρου τινὸς ὀρθοῦ βάσις ὁ Α κύκλος, καὶ ἔστω τῇ μὲν διαμέτρῳ τοῦ Α κύκλου ἴση ἡ ΓΔ, τῇ δὲ πλευρᾷ τοῦ κυλίνδρου ἡ ΕΖ· ἐχέτω δὲ μέσον λόγον τῶν ΔΓ, ΕΖ ἡ Η, καὶ κείσθω κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ Η ὁ Β. δεικτέον, ὅτι ὁ Β κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου χωρὶς τῆς βάσεως.

εἰ γὰρ μή ἐστιν ἴσος, ἤτοι μείζων ἐστὶ ἢ ἐλάσσων. ἔστω πρότερον, εἰ δυνατόν, ἐλάσσων. δύο δὴ μεγεθῶν ὄντων ἀνίσων τῆς τε ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου καὶ τοῦ Β κύκλου δυνατόν ἐστιν εἰς τὸν Β κύκλον ἰσόπλευρον πολύγωνον ἐγγράψαι καὶ ἄλλο περιγράψαι, ὥστε τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ, ὃν ἔχει ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου πρὸς τὸν Β κύκλον. νοείσθω δὴ περιγεγραμμένον καὶ ἐγγεγραμμένον, καὶ περὶ τὸν Α κύκλον περιγεγράφθω εὐθύγραμμον ὅμοιον τῷ περὶ τὸν Β περιγεγραμμένῳ, καὶ ἀναγεγράφθω ἀπὸ τοῦ εὐθυγράμμου πρῖσμα· ἔσται

---

1. καί om. F; corr. B*. 5. ιδ' F. 12. εχετο F; corr. BC*. 19. ανισσων F. 21. ἐγγράψαι] alterum γ in F supra scriptum est manu 1.

et, si circum cylindrum rectum prisma circumscribatur, superficiem prismatis ex parallelogrammis composita maiorem esse cylindri superficie praeter bases[1]) [prop. 12].

XIII.

Cuiusuis cylindri recti superficies praeter bases[1]) aequalis est circulo, cuius radius media est proportionalis[2]) inter latus cylindri et diametrum basis cylindri.[3])

sit *A* circulus basis cylindri recti, et sit linea *ΓΔ* aequalis diametro circuli *A*, et linea *EZ* aequalis lateri cylindri. linea autem *H* media sit proportionalis[2]) inter *ΔΓ*, *EZ* lineas. et ponatur *B* circulus, cuius radius aequalis sit lineae *H*. demonstrandum, circulum *B* aequalem esse superficiei cylindri praeter bases.[1])

modo etiam planum in linea NZ positum plano in $A\Gamma$ posito congruit, et ex segmentis plano in NZ posito abscisis id, quod in eadem parte est, in qua punctum H, congruit segmento plano in $A\Gamma$ posito absciso in eadem parte, in qua B, praeterea quod in eadem parte est, in qua est punctum E, ei, quod in eadem parte est, in qua Δ. et quoniam idem segmentum utrique segmento congruit, adparet, segmenta aequalia esse, et eadem de causa etiam superficies.

XIX.

Dato segmento utriusuis conoideôn absciso plano ad axem perpendiculari, uel segmento utriusuis sphaeroideôn non maiore, quam dimidia pars sphaeroidis est, eodem modo absciso fieri potest, ut figura solida inscribatur, et alia circumscribatur ex cylindris altitudinem aequalem habentibus composita, ita ut figura circumscripta inscriptam excedat spatio minore, quam quaeuis data magnitudo solida est.

datum sit segmentum, quale est $AB\Gamma$. et secto eo plano per axem posito segmenti sectio sit $AB\Gamma$ coni sectio [prop. 11], plani uero segmentum abscindentis linea $A\Gamma$. axis autem segmenti et diametrus sectionis sit $B\Delta$. iam quoniam suppositum est, planum abscindens ad axem perpendiculare esse, sectio circulus est, et diametrus eius ΓA [prop. 11]. in hoc autem circulo cylindrus construatur axem habens $B\Delta$.

---

corr. Barrowius. 20. *τοῦ μέν*] scripsi; om. F, uulgo. *τομά*] *τομας* F; corr. ed, Basil.* 21. *αποτετμηκωτος* F, *ἀποτετμηκότος* ceteri codd., *ἀποτέμνοντος* ed. Basil., Torellius. 24. *ποτί*] scripsi; *επι* F, uulgo; u. not. crit. p. 362, 2. 28. *τοῦ*] *τάν Nizzius.*

Β Δ. πεσείται δὲ ἁ ἐπιφάνεια αὐτοῦ ἐκτὸς τοῦ τμάματος, ἐπεί ἐστιν ἤτοι κωνοειδὲς ἢ σφαιροειδὲς μὴ μεῖζον τοῦ ἡμίσεος τοῦ σφαιροειδέος. τοῦ δὴ κυλίνδρου τούτου ἀεὶ δίχα τεμνομένου ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, ἐσσείται ποτὲ τὸ καταλειπόμενον ἔλασσον τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος. ἔστω δὴ τὸ καταλελειμμένον ἀπ' αὐτοῦ κύλινδρος ὁ ἔχων βάσιν τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, ἄξονα δὲ τὸν ΕΔ ἐλάσσων τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος. διαιρήσθω δὴ ἁ ΒΔ ἐς τὰς ἴσας τᾷ ΕΔ κατὰ τὰ Ρ, Ο, Π, Ξ, καὶ ἀπὸ τᾶν διαιρεσίων ἄχθων εὐθεῖαι παρὰ τὰν ΑΓ ἔστε ποτὶ τὰν τοῦ κώνου τομάν, ἀπὸ δὲ τᾶν ἀχθεισᾶν ἐπίπεδα ἀνεστακέτω ὀρθὰ ποτὶ τὰν ΒΔ. ἐσσούνται δὴ αἱ τομαὶ κύκλοι τὰ κέντρα ἐχόντες ἐπὶ τᾶς ΒΔ. ἀφ' ἑκάστου δὴ τῶν κύκλων δύο κυλίνδροι ἀναγεγράφθων, ἑκάτερος ἔχων ἄξονα ἴσον τῷ ΕΔ, ὁ μὲν ἐπὶ τὰ αὐτὰ τοῦ κύκλου, ἐφ' ἅ ἐστι τὸ Δ, ὁ δὲ ἐπὶ τὰ αὐτά, ἐφ' ἅ ἐστι τὸ Β. ἐσσείται δή τι ἐν τῷ τμάματι σχῆμα στερεὸν ἐγγεγραμμένον ἐκ τῶν κυλίνδρων συγκείμενον τῶν ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἀναγραφέντων, ἐφ' ἅ ἐστι τὸ Δ, καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον ἐκ τῶν κυλίνδρων συγκείμενον τῶν ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἀναγραφέντων, ἐφ' ἃ τὸ Β ἐστιν. λοιπὸν δέ ἐστι δεῖξαι, ὅτι τὸ περιγεγραμμένον τοῦ ἐγγεγραμμένου ὑπερέχει ἐλάσσονι

---

2. *ἐστιν*] *εστιν* (comp.) *δε* F; corr. Torellius. 3. *ημισεως* F; corr. Torellius. 6. *δή*] scripsi; *δε* F, uulgo. *καταλελιμμενον* F. 7. *ὁ*] om. AB, ed. Basil., Torellius. 9. *ελασσον* F; corr. Torellius. *διαιρεισθω* F. 10. *τᾷ*] *τας* F; corr. Torellius. 11. *διαιρεσεων* F, uulgo. 12. *ἔστε*] *ἔσται* (per comp.) F, uulgo; corr. Torellius. 14. *εσουνται* F. 16. *αναγεγραφθω* puncto addito F; corr. Torellius. 17. *κύκλου*] *scripsi, collata* p. 384, 17; *κυλινδρου* F, uulgo. 19. *στερεόν*] *στερεον εκ των* (comp.) F. 21. *ἐκ*] *συγκειμενον εκτε* F, uulgo;

superficies autem eius extra segmentum cadet, quoniam est aut conoides aut sphaeroides [segmentum][1]) non maius dimidia parte [totius] sphaeroidis [prop. 15, a—b; prop. 17]. hoc igitur cylindro semper deinceps in duas partes aequales diuiso planis ad axem perpendicularibus, aliquando quod relinquitur, minus erit data magnitudine solida. itaque quod ex eo relinquitur, sit cylindrus basim habens circulum circum diametrum $A\Gamma$ descriptum, axem autem $E\Delta$, [qui] minor [sit][2]) data magnitudine solida. diuidatur igitur linea $B\Delta$ in lineas lineae $E\Delta$ aequales in punctis P, O, Π, Ξ[3]), et a punctis diuisionis lineae ducantur lineae $A\Gamma$ parallelae usque ad sectionem coni, et in ductis lineis plana erigantur ad lineam $B\Delta$ perpendicularia. sectiones igitur circuli erunt centra habentes in linea $B\Delta$. in singulis igitur circulis bini cylindri construantur uterque axem lineae $E\Delta$ aequalem habentes, alter in eadem parte circuli, in qua est Δ punctum, alter in eadem, in qua B. ergo in segmento figura quaedam solida inscripta erit ex cylindris composita in eandem partem constructis, in qua est punctum Δ, et alia circumscripta ex cylindris composita in

1) Ad κωνοειδές et σφαιροειδές lin. 2 auditur: τμᾶμα.

2) Fortasse retineri potest ἔλασσον lin. 9 ad τὸ καταλελειμμένον lin. 7 relatum.

3) Figura ita comparata esse debebat, ut numerus partium lineae $B\Delta$ per quattuor diuidi posset, quia cylindrus „semper deinceps in duas partes aequales diuisa" esse fingitur (lin. 3 sq.).

συγκείμενον om. B, τε deleui. 22. συγκείμενον] recepi ex F; om. C, ed. Basil., Torellius. 23. Post ἐφ' ἃ in F repetuntur haec: το Δ και (per compendium simillimum compendio ἴσον) αλλο περιγεγραμμενον συγκειμενον εκ τε των κυλινδρων τῶν επι τα αυτα αναγραφεντων εφ' α; corr. C. ἐστιν] comp. F. ἐστι] comp. F; om. AB, ed. Basil., Torellius.

τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος. ἕκαστος δὴ τῶν κυλίνδρων τῶν ἐν τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι ἴσος ἐστὶ τῷ κυλίνδρῳ τῷ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κύκλου ἀναγραφομένῳ ἐπὶ τὰ αὐτὰ τῷ B, ὡς ὁ μὲν ΘΗ τῷ ΘΙ, ὁ δὲ ΚΛ τῷ ΚΜ, καὶ οἱ ἄλλοι ὡσαύτως. καὶ πάντες



δὴ οἱ κυλίνδροι πάντεσσιν ἴσοι ἐντί. δῆλον οὖν, ὅτι τὸ περιγεγραμμένον σχῆμα τοῦ ἐγγεγραμμένου ὑπερέχει τῷ κυλίνδρῳ τῷ βάσιν ἔχοντι τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, ἄξονα δὲ τὰν ΕΔ. οὗτος δέ ἐστιν ἐλάσσων τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος.

κ'.

Τμάματος δοθέντος ὁποτερουοῦν τῶν κωνοειδέων ἀποτετμαμένου ἐπιπέδῳ μὴ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα ἢ τῶν σφαιροειδέων ὁποτεροῦυον μὴ μείζονος ἡμίσεος

4. τῷ] (prius) το F; corr. Torellius. 6. δή] scripsi; δε F.

eandem partem constructis, in qua est B. restat autem, ut demonstremus, figuram circumscriptam excedere inscriptam spatio minore, quam data magnitudo solida est. unusquisque igitur cylindrorum figurae inscriptae aequalis est cylindro in eodem circulo constructo in eandem partem, in qua est punctum B, uelut $\Theta H = \Theta I$, $K \Delta = K M$, et ceteri eodem modo. quare etiam omnes cylindri omnibus aequales sunt. adparet igitur, figuram circumscriptam excedere inscriptam cylindro basim habenti circulum circum diametrum $\Delta \Gamma$ descriptum, axem autem $E \Delta$. hic autem minor est data magnitudine solida.[1])

XX.

Dato segmento utriusuis conoideôn absciso plano non ad axem perpendiculari, uel segmento utriusuis sphaeroideôn non maiore, quam est dimidia pars sphaeroidis, eodem modo absciso fieri potest, ut in

1) Ex hypothesi p. 376, 9. hoc autem fieri potest per Eucl. X, 1; cfr. Quaest. Arch. p. 45.

uulgo. *πασιν* F, uulgo. *ἐντί*] scripsi; *εισιν* F, uulgo. 11. *κβ'* Torellius. 14. *ἡμίσεος*] scripsi; *ημικυκλιον* F, ceteri codd; *ἡμίσους* ed. Basil., Torellius; „dimidia" Cr.

τοῦ σφαιροειδέος ὁμοίως ἀποτετμαμένου δυνατόν ἐστιν εἰς τὸ τμᾶμα σχῆμα στερεὸν ἐγγράψαι καὶ ἄλλο περιγράψαι ἐκ κυλίνδρων τόμων ὕψος ἴσον ἐχόντων συγκείμενον, ὥστε τὸ περιγραφὲν σχῆμα τοῦ ἐγγραφομένου ὑπερέχειν ἐλάσσονι παντὸς τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος.

δεδόσθω τμᾶμα, οἷον εἰρήται. τμαθέντος δὲ τοῦ σχήματος ἐπιπέδῳ ἄλλῳ διὰ τοῦ ἄξονος ὀρθῷ ποτὶ τὸ ἐπίπεδον τὸ ἀποτετμακὸς τὸ δοθὲν τμᾶμα τοῦ μὲν σχήματος τομὰ ἔστω ἁ ΑΒΓ κώνου τομά, τοῦ δὲ ἐπιπέδου τοῦ ἀποτετμακότος τὸ τμᾶμα ἁ ΓΑ εὐθεῖα. ἐπεὶ οὖν ὑποκείται τὸ ἐπίπεδον τὸ ἀποτετμακὸς τὸ τμᾶμα μὴ εἶμεν ὀρθὸν ποτὶ τὸν ἄξονα, ἁ τομὰ ἐσσείται ὀξυγωνίου κώνου τομά, διάμετρος δὲ αὐτᾶς ἁ ΑΓ. ἔστω δὴ παράλληλος τᾷ ΑΓ ἁ ΦΤ ἐπιψαύουσα τᾶς τοῦ κώνου τομᾶς, ἐπιψαυέτω δὲ κατὰ τὸ Β, καὶ ἀπὸ τᾶς ΦΤ ἀνεστακέτω ἐπίπεδον παράλληλον τῷ κατὰ τὰν ΑΓ· ἐπιψαύσει δὲ τοῦτο τοῦ σχήματος κατὰ τὸ Β. καὶ εἰ μέν ἐστι τὸ τμᾶμα ὀρθογωνίου κωνοειδέος, ἀπὸ τοῦ Β ἄχθω παρὰ τὸν ἄξονα ἁ ΒΔ, εἰ δὲ ἀμβλυγωνίου, ἀπὸ τᾶς κορυφᾶς τοῦ κώνου τοῦ περιέχοντος τὸ κωνοειδὲς εὐθεῖα ἀχθεῖσα ἐπὶ τὸ Β ἐκβεβλήσθω ἁ ΒΔ, εἰ δὲ σφαιροειδέος, ἐπὶ τὸ Β ἀχθεῖσα εὐθεῖα ἀπολελάφθω ἁ ΒΔ. δῆλον δή, ὅτι τέμνει ἁ ΒΔ δίχα τὰν ΑΓ. ἐσσείται οὖν τὸ μὲν Β κορυφα

---

2. *εἰς τὸ τμᾶμα*] cum F; *εἰς αὐτὸ* Torellius. *σχῆμα*] om. F; corr. Torellius. *καὶ ἄλλο περιγράψαι*] om. F; corr. Rivaltus. *ἐγγράψαι*] *εγγεγραψαι* F. 3. *συγκείμενον*] *των συγκειμενων* F; corr. Torellius. 4. *ἐγγραφέντος* B. 7. *τμᾶμα*] sic F, ut lin. 9, 11, 13, 19. 10. *ΑΒΓΔ* F; corr. Nizzius. 14. *ΑΓ*] *ΔΓ* F; corr. Torellius. 15. *ἔστω δὴ παράλληλος τᾷ ΑΓ*] om. F, uulgo; suppleuit Torellius, qui tamen *δή* omisit et pro *ΑΓ* habet *ΓΔ*; „sit uy contingens" Cr. 19. *κονοειδεος* F.

segmento figura solida inscribatur et alia circumscribatur ex cylindrorum frustis altitudinem aequalem habentibus composita, ita ut figura circumscripta excedat inscriptam spatio minore, quam quaeuis data magnitudo solida est. — datum sit segmentum, quale dictum est. figura igitur alio plano per axem secta ad planum datum segmentum abscindens perpendiculari figurae sectio sit *ΑΒΓ* coni sectio, plani autem segmentum abscindentis linea *ΓΑ*. iam quoniam suppositum est, planum segmentum abscindens ad axem perpendiculare non esse, sectio erit coni acutianguli sectio, et diametrus eius linea *ΑΓ*.[1]) sit igitur linea *ΦΥ* lineae *ΑΓ* parallela coni sectionem contingens, et contingat in puncto *Β*, et in linea *ΦΥ* erigatur planum plano in *ΑΓ* posito parallelum. hoc igitur figuram in *Β* puncto continget [prop. 16, b]. iam si est segmentum conoidis rectanguli, a *Β* puncto ducatur *ΒΔ* axi parallela, sin [segmentum conoidis] obtusianguli, linea a uertice coni conoides comprehendentis ad *Β* punctum ducta producatur [et sit] *ΒΔ*, sin [segmentum] sphaeroidis, linea [a centro sphaeroidis] ad *Β* ducta abscindatur [et sit] *ΒΔ*.[2]) adparet igitur, lineam *ΒΔ* in duas partes aequales diuidere lineam *ΑΓ*.[3])

1) U. propp. 12, 13, 14.

2) Exspectatur *ἀχθείσας εὐθείας ἀπολελάφθω* lin. 23—24. puto tamen, constructionem duram nec satis logicam ferri posse.

3) In conoidis rectanguli segmento adparet ex quadr. parab. prop. 1, de ceteris cfr. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 56 nr. 26, p. 49 nr. 7.

23. *ἐπί*] *ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπί* Commandinus; scribendum puto: *ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ σφαιροειδέος ἐπί*. 24. *δή*] scripsi; *δε* F, uulgo. 25. *ἐσσείται*] scripsi; *εσται* F, codd. ceteri*; *ἔστιν* ed. *Basil.*, *Torellius*; „erit igitur“ Cr.

τοῦ τμάματος, ἁ δὲ ΒΔ εὐθεῖα ἄξων. ἔστιν δή τις ὀξυγωνίου κώνου τομὰ περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, καὶ γραμμὰ ἁ ΒΔ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἀνεστακοῦσα ἐν ὀρθῷ ἐπιπέδῳ ποτὶ τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐστιν ἁ τοῦ ὀξυγωνίου



5 κώνου τομά, διὰ τᾶς ἑτέρας διαμέτρου ἐόντος τοῦ ἐπιπέδου. δυνατὸν οὖν ἐστιν κύλινδρον εὑρεῖν ἄξονα ἔχοντα τὰν ΒΔ, οὗ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐσσεῖται ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰ περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ. πεσεῖται δὲ ἁ ἐπιφάνεια αὐτοῦ ἐκτὸς τοῦ τμάματος, 10 ἐπεί ἐστιν ἤτοι κωνοειδέος ἢ σφαιροειδέος τμᾶμα, καὶ οὐ μεῖζόν ἐστιν τοῦ ἡμισέως τοῦ σφαιροειδέος. ἐσσεῖται δή τις κυλίνδρου τόμος βάσιν μὲν ἔχων τὰν τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰν τὰν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ,

7. επιφανειαι F. 9. τμάματος] sic F, ut lin. 10. 11. τοῦ] (prius) addidi; om. F, uulgo. ημίσεος Torellius. 12. δή]

itaque B punctum uertex segmenti erit, linea autem $B\Delta$ axis.[1]) quare data est coni acutianguli sectio circum diametrum $A\Gamma$ descripta, et linea $B\Delta$ a centro erecta in plano ad id planum perpendiculari, in quo est sectio coni acutianguli, ita ut planum illud per alteram diametrum positum sit. fieri igitur potest, ut cylindrus inueniatur axem habens $B\Delta$ lineam, cuius in superficie sit sectio coni acutianguli circum diametrum $A\Gamma$ descripta [prop. 9]. superficies autem eius extra segmentum cadet, quoniam est aut conoidis segmentum aut sphaeroidis non maius dimidia parte sphaeroidis.[2]) erit igitur frustum aliquod cylindri basim[3]) habens sectionem coni acutianguli circum diametrum $A\Gamma$ descriptam, axem autem $B\Delta$. frusto

1) B punctum uerticem esse adparet ex p. 276, 7; 278, 20; 282, 12. porro cum $B\Delta$ lineam $A\Gamma$ in duas partes aequales diuidat, diametrus est segmenti et diametro sectionis (hoc est axi conoidis uel sphaeroidis; u. p. 274, 20; 278, 5; 282, 2) parallela (Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 44); tum u. loci supra de uertice laudati.

2) Sequitur in conoidibus ex prop. 15, a—b, quia $B\Delta$ axis est, et ΦA, ΓT lineae axi parallelae, in sphaeroidibus ex prop. 17, quia $B\Delta$ puncta contactus iungit (prop. 16, c).

3) Poterat fortasse retineri βασίας lin. 12.

scripsi; δε F, uulgo. βασιας F; corr. C. τάν] τας F; corr. Torellius. 13. τομας F; corr. Torellius.

ἄξονα δὲ τὰν ΒΔ. τοῦ οὖν τόμου δίχα τεμνομένου ἐπιπέδοις παραλλήλοις τῷ ἐπιπέδῳ τῷ κατὰ τὰν ΑΓ ἐσσείται τὸ καταλειπόμενον ἔλασσον τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος. ἔστω τόμος βάσιν μὲν ἔχων τὰν τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰν τὰν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, ἄξονα δὲ τὰν ΕΔ ἐλάσσων τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος. διῃρήσθω δὴ ἁ ΔΒ ἐς τὰς ἴσας τᾷ ΔΕ, καὶ ἀπὸ τᾶν διαιρεσίων ἄχθων εὐθείαι παρὰ τὰν ΑΓ ἔστε ποτὶ τὰν τοῦ κώνου τομάν, ἀπὸ δὲ τᾶν ἀχθεισᾶν ἐπίπεδα ἀνεστακέτων παράλληλα τῷ κατὰ τὰν ΑΓ ἐπιπέδῳ. τέμνοντι δὴ ταῦτα τὰν ἐπιφάνειαν τοῦ τμάματος, καὶ ἐσσούνται ὀξυγωνίων κώνων τομαὶ ὁμοίαι τᾷ περὶ τὰν ΑΓ διάμετρον, ἐπεὶ παράλληλά ἐντι τὰ ἐπίπεδα. ἀφ' ἑκάστας δὴ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ἀναγεγράφθων κυλίνδρου τόμοι δύο, ὁ μὲν ἐπὶ τὰ αὐτὰ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς τῷ Δ, ο δὲ ἐπὶ τὰ αὐτὰ τῷ Β, ἄξονα ἐχόντες ἴσον τῷ ΔΕ. ἐσσούνται δή τινα σχήματα στερεά, τὸ μὲν ἐγγεγραμμένον ἐν τῷ τμάματι, τὸ δὲ περιγεγραμμένον, ἐκ κυλίνδρου τόμων ἴσον ὕψος ἐχόντων συγκείμενα. λοιπὸν δέ ἐστι δεῖξαι, ὅτι τὸ περιγεγραμμένον σχῆμα τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσονι ὑπερέχει τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος. δειχθησέται δὲ ὁμοίως τῷ προτέρῳ, ὅτι τὸ περιγεγραμμένον σχῆμα τοῦ ἐγγεγραμμένου ὑπερέχει τῷ τόμῳ

---

1. οὖν] scripsi; μεν F, uulgo; δή Nizzius. δίχα] ἀεὶ δίχα Nizzius. 7. ΔΒ] ΑΒ F; corr. Torellius. 8. διαιρεσεων F, uulgo. 9. ευθεια F; corr. B*. ἔστε] εσται F; corr. Torellius. 10. ανεστακοτων F; corr. Torellius. Figura in F paullo aliter descripta est. 12. τμάματος] sic F, ut lin. 19. ἐσσούνται] scripsi; εσουνται F, uulgo. 14. ἀφ'] scripsi; εφ F, uulgo; „in unaquaque" Cr. εκαστης F; corr. Torellius.

igitur [semper deinceps] in duas aequales partes diuiso[1]) planis parallelis plano in linea $\Delta\Gamma$ posito, quod reliquum est, [aliquando] minus erit data magnitudine solida [Eucl. X, 1]. frustum basim habens sectionem coni acutianguli circum diametrum $\Delta\Gamma$ descriptam, axem autem $E\Delta$, minus sit data magnitudine solida. diuidatur igitur linea ΔB in partes lineae ΔE aequales, et a punctis diuisionum ducantur lineae usque ad coni sectionem lineae $\Delta\Gamma$ parallelae, et in ductis lineis plana erigantur plano in $\Delta\Gamma$ posito parallela. ergo haec [plana] superficiem segmenti secant, et orientur sectiones conorum acutiangulorum sectioni circum diametrum $\Delta\Gamma$ descriptae similes, quia plana parallela sunt [prop. 14 p. 354, 25]. iam in singulis sectionibus conorum acutiangulorum bina frusta cylindri construantur, alterum in eadem parte sectionis coni acutianguli, in qua est Δ, alterum in eadem parte, in qua est B, axem habentia lineae ΔE aequalem. orientur igitur figurae quaedam solidae, altera segmento inscripta, altera circumscripta, ex cylindri frustis altitudinem aequalem habentibus compositae. restat autem, ut demonstremus, figuram circumscriptam excedere inscriptam spatio minore, quam est data magnitudo solida. eodem autem modo, quo supra [prop. 19 p. 378], demonstrabitur, figuram circumscriptam excedere inscriptam frusto basim habenti

1) Hic quoque figura ita comparanda erat, uti dixi p. 377 not. 3, sed cum mutari nequeat, hic quoque retinui Torellianam.

15. *αναγεγραφθωντι* F; corr. Torellius. 16. *τᾶς*] addidi; om. F, uulgo. 17. *τῷ*] (prius) *το* F; corr. Torellius. 18. *ἐσσούνται*] scripsi; *εσουνται* F, uulgo. 22. *ελασσον* F; corr. Torellius.

τῷ βάσιν μὲν ἔχοντι τὰν τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰν τὰν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, ἄξονα δὲ τὰν ΕΔ. οὗτος δέ ἐστιν ἐλάσσων τοῦ προτεθέντος στερεοῦ μεγέθεος.

5 *κα'.*

Τούτων προγεγραμμένων ἀποδεικνύωμες τὰ προβεβλημένα περὶ τῶν σχημάτων.

Πᾶν τμᾶμα ὀρθογωνίου κωνοειδέος ἀποτετμαμένον ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα ἡμιόλιόν ἐστι τοῦ κώνου
10 *τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα.*

ἔστω γὰρ τμᾶμα ὀρθογωνίου κωνοειδέος ἀποτετμαμένον ὀρθῷ ἐπιπέδῳ ποτὶ τὸν ἄξονα, καὶ τμαθέντος αὐτοῦ ἐπιπέδῳ ἄλλῳ διὰ τοῦ ἄξονος τᾶς μὲν ἐπιφανείας τομὰ ἔστω ἁ ΑΒΓ ὀρθογωνίου κώνου τομά, τοῦ δὲ
15 *ἐπιπέδου τοῦ ἀποτέμνοντος τὸ τμᾶμα ἁ ΓΑ εὐθεῖα, ἄξων δὲ ἔστω τοῦ τμάματος ἁ ΒΔ. ἔστω δὲ καὶ κῶνος τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχων τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν, οὗ κορυφὰ τὸ Β. δεικτέον, ὅτι τὸ τμᾶμα τοῦ κωνοειδέος ἡμιόλιόν ἐστι τοῦ κώνου τούτου.*

20 *ἐκκείσθω γὰρ κῶνος ὁ Ψ ἡμιόλιος ἐὼν τοῦ κώνου, οὗ βάσις ὁ περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, ἄξων δὲ ἁ ΒΔ. ἔστω δὲ καὶ κύλινδρος βάσιν μὲν ἔχων τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, ἄξονα δὲ τὰν ΒΔ. ἐσσείται οὖν ὁ Ψ κῶνος ἡμίσεος τοῦ κυλίνδρου [ἐπείπερ*

---

2. *τὰν περί*] *τάν* om. F. 5. *κα'*] cum F; in lin. 8 posuit Torellius (*κγ'*). 7. *περί*] addidi; om. F, uulgo. 8. *τμᾶμα*] sic F, ut lin. 10, 11, 12, 15, 16, 18. *ἀποτετμαμένον*] scripsi; *αποτετμημενον* F, uulgo. 10. *ἄξονα τὸν αὐτόν* Nizzius. 20. *ων* F, uulgo. 21. *ὁ*] *ὁ κύκλος ὁ* Nizzius. *ἄξων δὲ ἁ*] *αξονα δε ταν* F; corr. Torellius. 24. *ημισεος ολι* F (h. e. *ἡμίσεος* in *ἡμιόλιος* correctum); pro *ολι* ed. Basil., Torellius (non BC*) *ὅλου*.

sectionem coni acutianguli circum diametrum $A\Gamma$ descriptam, axem autem lineam $E\Delta$. hoc autem minus est data magnitudine solida.

XXI.

His praemissis demonstremus, quae de figuris proposita erant.

Quoduis segmentum conoidis rectanguli plano abscisum ad axem perpendiculari dimidia parte maius est cono basim habenti eandem, quam segmentum, et axem [eundem].[1])

sit enim segmentum conoidis rectanguli plano abscisum ad axem perpendiculari, et secto eo alio plano per axem superficiei sectio sit $AB\Gamma$ coni rectanguli sectio [prop. 11, a], plani uero segmentum abscindentis linea ΓA, axis autem segmenti sit $B\Delta$. sit autem etiam conus eandem basim habens, quam segmentum, et axem eundem; cuius uertex sit B. demonstrandum est, segmentum conoidis dimidia parte maius esse hoc cono.

construatur enim conus Ψ dimidia parte maior cono, cuius basis est [circulus] circum diametrum $A\Gamma$ descriptus, axis autem $B\Delta$. sit autem etiam cylindrus basim habens circulum circum diametrum $A\Gamma$ descriptum, axem autem $B\Delta$. erit igitur conus Ψ

---

1) Cfr. p. 276, 12: *διὰ τί, εἴ κα τοῦ ὀρθογωνίου κωνοειδέος τμάματα ἀποτμαθῇ ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, τὸ ἀποτμαθὲν τμᾶμα ἡμιόλιον ἐσσείται τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν.* et *περὶ ἕλικ.* praef.: *ὅτι δὲ τὸ ἀποτμαθὲν τμᾶμα ἡμιόλιον ἐσσείται τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ὕψος ἴσον, δεῖξαι δεῖ.*

ἡμιόλιός ἐστιν ὁ Ψ κῶνος τοῦ αὐτοῦ κώνου]. λέγω, ὅτι τὸ τμᾶμα τοῦ κωνοειδέος ἴσον ἐστὶ τῷ Ψ κώνῳ.

εἰ γὰρ μή ἐστιν ἴσον, ἤτοι μεῖζόν ἐντι ἢ ἔλασσον. ἔστω δὴ πρότερον, εἰ δυνατόν, μεῖζον. ἐγγεγράφθω



5 δὴ σχῆμα στερεὸν εἰς τὸ τμᾶμα, καὶ ἄλλο περιγεγράφθω ἐκ κυλίνδρων ὕψος ἴσον ἐχόντων συγκείμενον, ὥστε τὸ περιγραφὲν σχῆμα τοῦ ἐγγραφέντος ὑπερέχειν ἐλάσσονι, ἢ ἁλίκῳ ὑπερέχει τὸ τοῦ κωνοειδέος τμᾶμα τοῦ Ψ κώνου. καὶ ἔστω τῶν κυλίνδρων, ἐξ ὧν συγ-
10 κείται τὸ περιγραφὲν σχῆμα, μέγιστος μὲν ὁ βάσιν ἔχων τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, ἄξονα δὲ τὰν ΕΔ, ἐλάχιστος δὲ ὁ βάσιν μὲν ἔχων τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΣΤ, ἄξονα δὲ τὰν ΒΙ. τῶν δὲ κυλίνδρων, ἐξ ὧν συγκείται τὸ ἐγγραφὲν

---

4. μειζων F; corr. VBD. 5. αλλω F. 6. συγκειμενον] των συγκειμενων F; corr. Torellius. 8. ἢ ἁλίκῳ] scripsi; πηλικω F, uulgo; ἢ πηλίκῳ Torellius. τό] τω F. figura in F male descripta est; Ι et Θ permutat Torellius. 14. ΒΙ] scripsi cum Cr.; ΒΓ F, uulgo*; ΒΘ ed. Basil., Torellius.

dimidius, quam cylindrus.[1]) dico, segmentum conoidis aequale esse cono Ψ.

si enim aequale non est, aut maius est aut minus. prius igitur, si fieri potest, maius sit. itaque segmento figura solida inscribatur et alia circumscribatur ex



cylindris altitudinem aequalem habentibus compositae, ita ut figura circumscripta excedat inscriptam spatio minore, quam quali spatio excedit segmentum conoidis conum Ψ[2]), et cylindrorum, ex quibus composita est figura circumscripta, maximus sit [cylindrus] basim habens circulum circum diametrum $A\Gamma$ descriptum, axem autem $E\Delta$, minimus autem [cylindrus] basim habens circulum circum diametrum ΣT descriptum, axem autem BI. eorum uero cylindrorum, ex quibus figura inscripta composita est, maximus sit [cylindrus]

1) Nam cylindrus sit C, et conus $AB\Gamma$ sit K; erit ex hypothesi $\Psi = \frac{3}{2}K$. sed $K = \frac{1}{3}C$ (Eucl. XII, 10) $= \frac{3}{2}\Psi$ ɔ: $C = 2\Psi$. hoc ipsum significatur uerbis: *ἐπειδήπερ ἡμιόλιος* p. 386 lin. 24 — *τοῦ αὐτοῦ κώνου* lin. 1; sed nimis obscurum est *τοῦ αὐτοῦ κώνου*; etiam *ἐπειδήπερ*, uocabulum ab interpolatoribus amatum, suspectum est; quare haec uerba subditiua esse puto.

2) Hoc fieri potest per prop. 19.

σχῆμα, μέγιστος μὲν ἔστω ὁ βάσιν ἔχων τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΚΛ, ἄξονα δὲ τὰν ΔΕ, ἐλάχιστος δὲ ὁ βάσιν μὲν ἔχων τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΣΤ, ἄξονα δὲ τὰν ΘΙ. ἐκβεβλήσθω δὲ τὰ ἐπίπεδα πάντων τῶν κυλίνδρων ποτὶ τὰν ἐπιφάνειαν τοῦ κυλίνδρου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, ἄξονα δὲ τὰν ΒΔ. ἐσσείται δὴ ὁ ὅλος κύλινδρος διῃρημένος εἰς κυλίνδρους τῷ μὲν πλήθει ἴσους τοῖς κυλίνδροις τοῖς ἐν τῷ περιγεγραμμένῳ σχήματι, τῷ δὲ μεγέθει ἴσους τῷ μεγίστῳ αὐτῶν. καὶ ἐπεὶ τὸ περιγεγραμμένον σχῆμα περὶ τὸ τμᾶμα ἐλάσσονι ὑπερέχει τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος, ᾗ τὸ τμᾶμα τοῦ κώνου, δῆλον, ὅτι καὶ τὸ ἐγγεγραμμένον σχῆμα ἐν τῷ τμάματι μεῖζόν ἐστι τοῦ Ψ κώνου. ὁ δὴ πρῶτος κύλινδρος τῶν ἐν τῷ ὅλῳ κυλίνδρῳ ὁ ἔχων ἄξονα τὰν ΔΕ ποτὶ τὸν πρῶτον κύλινδρον τῶν ἐν τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι, τὸν ἔχοντα ἄξονα τὰν ΔΕ, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἁ ΔΑ ποτὶ τὰν ΚΕ δυνάμει. οὗτος δέ ἐστιν ὁ αὐτὸς τῷ, ὃν ἔχει ἁ ΒΔ ποτὶ τὰν ΒΕ, καὶ τῷ, ὃν ἔχει ἁ ΔΑ ποτὶ τὰν ΕΞ. ὁμοίως δὲ δειχθησέται καὶ ὁ δεύτερος κύλινδρος τῶν ἐν τῷ ὅλῳ κυλίνδρῳ, ὁ ἔχων ἄξονα τὸν ΕΖ, ποτὶ τὸν δεύτερον κύλινδρον τῶν ἐν τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι τὸν αὐτὸν ἔχειν λόγον, ὃν ἁ ΠΕ, τουτέστιν ἁ ΔΑ, ποτὶ τὰν ΖΩ, καὶ τῶν ἄλλων κυλίνδρων ἕκαστος τῶν ἐν τῷ ὅλῳ κυλίνδρῳ ἄξονα ἐχόντων ἴσον τᾷ

---

12. ἐγγεγραμμένου] περιγεγραμμενου F; corr. ed. Basil. 13. τμᾶμα] sic F, ut lin. 14. 15. ὁ ἔχων] scripsi; ὁ om. F, uulgo. 16. ΛΕ FV, CD*; corr. F man. 2. τῶν] scripsi; τον F, uulgo. 20. τῷ] τον F. 23. τῶν] scripsi; τον F uulgo. ἐγγεγραμμένῳ] alterum μ supra man. 1 F. 24. ἔχειν] scripsi cum C; ειχεν FAD, ed. Basil., ἔχει B; ἔχων

basim habens circulum circum diametrum $K\Delta$ descriptum, axem autem ΔE, minimus uero [cylindrus] basim habens circulum circum diametrum ΣT descriptum, axem autem ΘI. producantur autem plana omnium cylindrorum usque ad superficiem cylindri basim habentis circulum circum diametrum $A\Gamma$ descriptum, axem autem $B\Delta$. totus igitur cylindrus diuisus erit in cylindros numero cylindris figurae circumscriptae aequales, magnitudine autem maximo eorum aequales. et quoniam figura circum segmentum circumscripta excedit figuram inscriptam spatio minore, quam quo segmentum conum excedit, adparet, etiam figuram segmento inscriptam maiorem esse cono Ψ.[1]) quare primus cylindrus cylindri totius axem habens ΔE ad primum cylindrum figurae inscriptae axem habentem ΔE eandem rationem habet, quam $\Delta A^2 : KE^2$.[2]) sed $\Delta A^2 : KE^2 = B\Delta : BE$[3]) $= \Delta A : E\Xi$.[4]) et eodem modo demonstrabimus, etiam secundum cylindrum totius cylindri axem habentem EZ ad secundum cylindrum figurae inscriptae eandem rationem habere, quam ΠE, hoc est ΔA, ad $Z\Omega$[5]), et unusquisque ceterorum cylindrorum totius cylindri axem habentium lineae

1) Quia figura circumscripta segmento maior est.

2) Nam cum axes aequales sint, eam rationem habent cylindri, quam bases (Eucl. XII, 11); tum u. Eucl. XII, 2.

3) Quadr. parab. 3; u. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXV p. 50 nr. 12.

4) U. Zeitschr. f. Math., hist. Abth. XXIV p. 178 nr. 4.

5) Habent enim eam rationem, quam
$\Pi E^2 : \Xi E^2 = \Delta A^2 : \Xi E^2 = B\Delta : BZ = \Delta\Delta : Z\Omega$.

Torellius. 25. $Z\Omega$] ZE F; corr. Torellius. 26. ἴσον τῷ ΔE usque ad ἄξονα ἐχόντων p. 392 lin. 2 om F; corr. Nizzius.

ΔΕ ποτὶ ἕκαστον τῶν κυλίνδρων τῶν ἐν τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι ἄξονα ἐχόντων τὸν αὐτὸν ἕξει τοῦτον τὸν λόγον, ὃν ἁ ἡμίσεια τᾶς διαμέτρου τᾶς βάσιος αὐτοῦ ποτὶ τὰν ἀπολελαμμέναν ἀπ' αὐτᾶς μεταξὺ τᾶν ΑΒ, ΒΔ εὐθειᾶν. καὶ πάντες οἱ κυλίνδροι οἱ ἐν τῷ κυλίνδρῳ, οὗ βάσις μέν ἐστιν ὁ κύκλος ὁ περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, ἄξων δέ [ἐστιν] ἁ ΔΙ εὐθεῖα, ποτὶ πάντας τοὺς κυλίνδρους τοὺς ἐν τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι τὸν αὐτὸν ἕξοῦντι λόγον, ὃν πάσαι αἱ εὐθεῖαι αἱ ἐκ τῶν κέντρων τῶν κύκλων, οἷ ἐντι βασίες τῶν εἰρημένων κυλίνδρων, ποτὶ πάσας τὰς εὐθείας τὰς ἀπολελαμμένας ἀπ' αὐτᾶν μεταξὺ τᾶν ΑΒ, ΒΔ. αἱ δὲ εἰρημέναι εὐθεῖαι τῶν εἰρημένων χωρὶς τᾶς ΑΔ μειζόνες ἐντὶ ἢ διπλασίαι. ὥστε καὶ οἱ κυλίνδροι πάντες οἱ ἐν τῷ κυλίνδρῳ, οὗ ἄξων ὁ ΔΙ, μειζόνες ἐντὶ ἢ διπλασίοι τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος. πολλῷ ἄρα καὶ ὁ ὅλος κύλινδρος, οὗ ἄξων ἁ ΔΒ, μείζων ἐντὶ ἢ διπλασίων τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος. τοῦ δὲ Ψ κώνου ἦν διπλασίων. ἔλασσον ἄρα τὸ ἐγγεγραμμένον σχῆμα τοῦ Ψ κώνου· ὅπερ ἀδύνατον. ἐδείχθη γὰρ μεῖζον. οὐκ ἄρα ἐστὶν μεῖζον τὸ κωνοειδὲς τοῦ Ψ κώνου. ὁμοίως δὲ οὐδὲ ἔλασσον. πάλιν γὰρ ἐγγεγράφθω τὸ σχῆμα, καὶ περιγεγράφθω, ὥστε ὑπερέχειν ἕκαστον ἑκάστου ἐλάσσονι, ἥπερ ἁλίκῳ ὑπερέχει ὁ Ψ

---

3. βασεως F, uulgo. 4. αὐτοῦ] Nizzius; αυτας F, uulgo. τᾶν] των per comp. F; corr. Torellius. 5. ευθειων F; corr. Torellius. πάντες οὖν οἱ? 7. ΔΙ] scripsi cum Cr.; ΔΓ F; ΔΒ Commandinus. 8. γεγραμμενω F; corr. AC. 10. ἐντὶ βασίες] scripsi; εν τη βασει εισ (cum comp. ην uel ιν) F, uulgo (τᾷ pro τη Torellius). 12. ἀπ' αὐτᾶν] scripsi; απο τας F, uulgo. 13. τᾶς] ταν F; corr. Torellius. μειζων F; corr. Torellius. 15. οὗ] scripsi; ου ὁ F, uulgo. ΔΙ] ΔΒ Commandinus. 16. πολλῷ] delet Commandinus. 19. ελασσον

ΔE aequalem ad unumquemque cylindrorum figurae inscriptae eundem axem habentium eam rationem habebit, quam dimidium diametri basis eius[1]) ad partem eius[2]) inter lineas AB, $B\Delta$ abscisam. [quare] omnes etiam cylindri in eo cylindro positi, cuius basis est circulus circum diametrum $A\Gamma$ descriptus, axis autem linea ΔI, ad omnes cylindros figurae inscriptae eandem rationem habebunt, quam omnes lineae, quae radii sunt circulorum, qui bases sunt cylindrorum, quos commemorauimus[3]), ad omnes lineas de illis[4]) inter lineas AB, $B\Delta$ abscisas. sed illae lineae his, excepta linea $A\Delta$, maiores sunt quam duplo maiores. quare etiam omnes cylindri in eo cylindro positi, cuius axis est ΔI, maiores sunt quam duplo maiores figura inscripta.[5]) itaque etiam totus cylindrus, cuius axis est ΔB, multo maior est quam duplo maior figura inscripta. erat autem duplo maior cono Ψ. itaque figura inscripta minor est cono Ψ; quod fieri non potest. nam demonstratum est, maiorem eam esse. quare conoides cono Ψ maius non est. sed idem ne minus quidem est. rursus enim figura inscribatur et circum-

1) H. e. cylindri in toto cylindro positi, p. 390, lin. 25.

2) H. e. diametri basis cylindri in toto cylindro positi.

3) H. e. cylindros in cylindro ΔI positos.

4) H. e. radiis circulorum.

5) Nam quia $BI = \Theta I = ZE = E\Delta$ cet., lineae $A\Delta$, ΞE, $Z\Omega$ aequali spatio minimae earum aequali inter se excedunt; tum u. p. 290, 5 sq.

F. 24. ἑκάστου] om. F; corr. Torellius. ἐλασσον F; corr. Torellius. ἤπερ ἀλίκῳ] scripsi; η παλιν κω F; ἢ πηλίκῳ B, ed. Basil., *Torellius*.

κῶνος τοῦ κωνοειδέος, καὶ τὰ ἄλλα τὰ αὐτὰ τοῖς πρότερον κατεσκευάσθω. ἐπεὶ οὖν ἔλασσόν ἐστι τὸ ἐγγεγραμμένον σχῆμα τοῦ τμάματος, καὶ τὸ ἐγγραφὲν τοῦ περιγραφέντος ἐλάσσονι λειπέται, ᾗ τὸ τμᾶμα τοῦ Ψ κώνου, δῆλον, ὡς ἔλασσόν ἐστι τὸ περιγραφὲν σχῆμα τοῦ Ψ κώνου. πάλιν δὲ ὁ πρῶτος κύλινδρος τῶν ἐν τῷ ὅλῳ κυλίνδρῳ ὁ ἔχων ἄξονα τὰν ΔΕ ποτὶ τὸν πρῶτον κύλινδρον τῶν ἐν τῷ περιγεγραμμένῳ σχήματι τὸν τὸν αὐτὸν ἔχοντα ἄξονα τὰν ΕΔ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ ἀπὸ τᾶς ΑΔ τετράγωνον ποτὶ τὸ αὐτό. ὁ δὲ δεύτερος κύλινδρος τῶν ἐν τῷ ὅλῳ κυλίνδρῳ ὁ ἔχων ἄξονα τὰν ΕΖ ποτὶ τὸν δεύτερον κύλινδρον τῶν ἐν τῷ περιγεγραμμένῳ σχήματι τὸν ἔχοντα ἄξονα τὰν ΕΖ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἁ ΔΑ ποτὶ τὰν ΚΕ δυνάμει· οὗτος δέ ἐστιν ὁ αὐτὸς τῷ, ὃν ἔχει ἁ ΒΔ ποτὶ τὰν ΒΕ, καὶ τῷ, ὃν ἔχει ἁ ΔΑ ποτὶ τὰν ΕΞ· καὶ τῶν ἄλλων κυλίνδρων ἕκαστος τῶν ἐν τῷ ὅλῳ κυλίνδρῳ ἄξονα ἐχόντων ἴσον τᾷ ΔΕ ποτὶ ἕκαστον τῶν κυλίνδρων τῶν ἐν τῷ περιγεγραμμένῳ σχήματι ἄξονα ἐχόντων τὸν αὐτόν, ἕξει τοῦτον τὸν λόγον, ὃν ἁ ἡμίσεια τᾶς διαμέτρου τᾶς βάσιος αὐτοῦ ποτὶ τὰν ἀπολελαμμέναν ἀπ' αὐτᾶς μεταξὺ τᾶν ΑΒ, ΒΔ εὐθειᾶν. καὶ πάντες οὖν οἱ κυλίνδροι οἱ ἐν τῷ ὅλῳ κυλίνδρῳ, οὗ ἄξων ἐστὶν ἁ ΒΔ εὐθεῖα,

---

7. τὰν] την F; corr. Torellius. 8. τῶν] scripsi; τον F, uulgo. 9. τὸν τόν] scripsi; τον F, uulgo. τάν] scripsi; τα F, uulgo. 10. ἔχει] Torellius; ειχε F, uulgo. 12. κυλίνδρῳ] κυλινδρων FACD*. τάν] των (comp.) αν F. 13. τῶν] scripsi; τον F, uulgo. 16. ταν] τα F. ἁ] Torellius; ο F, uulgo. 18. ἴσον] Torellius; ισαν F, uulgo. 21. τᾶς διαμέτρου] om. F; corr. Nizzius. βασεως F, uulgo. 23. παντ cum comp. ην uel ιν F. οὖν] γουν (comp.) F; corr. Torellius. 24. ὅλῳ] ο supra manu 1 F. οὗ] ων F; corr. Nizzius.

scribatur, ita ut altera excedat alteram[1]) spatio minore, quam quali excedit conus Ψ conoides [prop. 19], et cetera eadem, quae supra, construantur. iam quoniam figura inscripta segmento minor est, et figura inscripta minor est figura circumscripta spatio minore, quam quo segmentum minus est cono Ψ, adparet, figuram circumscriptam minorem esse cono Ψ. rursus autem cylindrus primus totius cylindri axem habens ΔE ad primum cylindrum figurae circumscriptae eundem axem $E\Delta$ habentem eandem rationem habet, quam

$$A\Delta^2 : A\Delta^2 \text{ [p. 391 not. 2].}$$

et secundus cylindrus totius cylindri axem habens EZ ad secundum cylindrum figurae circumscriptae axem habentem EZ eandem rationem habet, quam $\Delta A^2 : KE^2$ [u. ibidem]. ea autem eadem est, quam habet $B\Delta$ ad BE [p. 391 not. 3] et $\Delta A : E\Xi$ [p. 391 not. 4]. et ceterorum cylindrorum singuli, qui in toto cylindro sunt et axem habent lineae ΔE aequalem, ad singulos cylindros, qui in figura circumscripta sunt et eundem axem habent, eam rationem habebunt, quam dimidia pars diametri basis eorum[2]) ad partem eius[3]) inter lineas AB, $B\Delta$ abscisam. itaque etiam omnes cylindri totius cylindri, cuius axis est $B\Delta$, ad omnes

1) H. e. figura circumscripta inscriptam; itaque parum recte dicitur: ἕκαστον ἑκάστου; saltem debebat esse ἑκάτερον ἑκατέρου.

2) H. e. cylindrorum cylindri totius.

3) H. e. diametri basis. hoc loco igitur bases uocantur ii circuli, qui in ea parte cylindrorum sunt, in qua est punctum Δ, supra uero ii, qui in altera parte sunt, in qua est B (p. 392, 4; sed p. 392, 3 ut hoc loco).

ποτὶ πάντας τοὺς κυλίνδρους τοὺς ἐν τῷ περιγεγραμμένῳ σχήματι τὸν αὐτὸν ἑξοῦντι λόγον, ὃν πάσαι αἱ εὐθεῖαι ποτὶ πάσας τὰς εὐθείας. αἱ δὲ εὐθεῖαι πάσαι αἱ ἐκ τῶν κέντρων τῶν κύκλων, οἱ βασίες ἐντὶ τῶν κυλίνδρων, τᾶν εὐθειᾶν πασᾶν τᾶν ἀπολελαμμέναν ἀπ' αὐτᾶν σὺν τᾷ ΑΔ ἐλασσόνες ἐντὶ ἢ διπλασίαι. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ οἱ κυλίνδροι πάντες οἱ ἐν τῷ ὅλῳ κυλίνδρῳ ἐλασσόνες ἐντὶ ἢ διπλασίοι τῶν κυλίνδρων τῶν ἐν τῷ περιγεγραμμένῳ σχήματι. ὁ ἄρα κύλινδρος ὁ βάσιν ἔχων τὸν κύκλον τὸν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, ἄξονα δὲ τὰν ΒΔ ἐλάσσων ἐστὶν ἢ διπλασίων τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος. οὐκ ἐστι δέ, ἀλλὰ μείζων ἢ διπλάσιος. τοῦ γὰρ Ψ κώνου διπλασίων ἐστί, τὸ δὲ περιγεγραμμένον σχῆμα ἔλαττον ἐδείχθη τοῦ Ψ κώνου. οὐκ ἄρα ἐστὶν οὐδὲ ἔλασσον τὸ τοῦ κωνοειδέος τμᾶμα τοῦ Ψ κώνου. ἐδείχθη δέ, ὅτι οὐδὲ μεῖζον. ἡμιόλιον ἄρα ἐστὶν τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν.

κβ'.

Καὶ τοίνυν εἴ κα μὴ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα ἐπιπέδῳ ἀποτμαθῇ τὸ τμᾶμα ἀπὸ τοῦ ὀρθογωνίου κωνοειδέος, ὁμοίως ἡμιόλιον ἐσσεῖται τοῦ ἀποτμάματος τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν.

ἔστω τμᾶμα ὀρθογωνίου κωνοειδέος ἀποτετμαμένον, ὡς εἰρήται, καὶ τμαθέντος αὐτοῦ ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ

---

5. κυλίνδρων] κυλινδρων προς (comp.) F; corr. Torellius. 6. τᾷ] τὰν F; corr. BD. 10. κύκλον] κυλινδρον F; corr. B*. 13. διπλασίων] διπλασι cum comp. ων F. 17. οὐδέ] scripsi; ουτε F, vulgo. 18. τμάματι] sic F, ut lin. 21 (bis), 23. 19.

cylindros figurae circumscriptae eandem habebunt rationem, quam omnes lineae illae ad omnes has lineas.[1]) sed omnes lineae, quae radii sunt circulorum, qui bases sunt cylindrorum, minores sunt quam duplo maiores omnibus lineis de iis abscisis una cum linea *ΑΔ* [p. 290, 5; u. p. 393 not. 5]. adparet igitur, etiam cylindros omnes totius cylindri minores esse quam duplo maiores cylindris figurae circumscriptae. itaque cylindrus basim habens circulum circum diametrum *ΑΓ* descriptum, axem autem *ΒΔ* minor est quam duplo maior figura circumscripta. at non est, sed maior quam duplo maior; nam duplo maior est cono *Ψ*, et figura circumscripta minor est cono *Ψ*, ut demonstratum est [p. 394, 5]. itaque segmentum conoidis ne minus quidem est cono *Ψ*. demonstratum autem est, ne maius quidem id esse. quare dimidia parte maius est cono basim eandem habenti, quam segmentum, et eundem axem.

XXII.

Iam uero etiam si segmentum plano ad axem non perpendiculari abscinditur a conoide rectangulo, item dimidia parte maius erit segmento coni basim eandem habenti, quam segmentum, et eundem axem.

sit segmentum conoidis rectanguli ita abscisum, ut dictum est, et secto eo plano per axem posito ad

1) Sequitur (ut supra p. 392, 5 sq.) addendo proportiones, quarum denominatores aequales sunt (*ἀνάπαλιν*).

κδ' Torellius. 20. *τῷ ἐπιπέδῳ*? 22. ἐσεται] scripsi; εστω per *comp. F, uulgo.* 25. κονοειδεος F.

ἄξονος ὀρθῷ ποτὶ τὸ ἐπίπεδον τὸ ἀποτετμακὸς τὸ τμᾶμα τοῦ μὲν σχήματος τομὰ ἔστω ἁ ΑΒΓ ὀρθογωνίου κώνου τομά, τοῦ δὲ ἐπιπέδου τοῦ ἀποτετμακότος τὸ τμᾶμα ἁ ΑΓ εὐθεῖα, παρὰ δὲ τὰν ΑΓ ἁ ΦΥ ἐπιψαύουσα τᾶς τοῦ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς κατὰ τὸ Β, καὶ ἁ ΒΔ ἄχθω παρὰ τὸν ἄξονα. τεμεῖ δὴ αὐτὰ δίχα τὰν ΑΓ. ἀπὸ δὲ τᾶς ΦΥ ἐπίπεδον ἀνεστακέτω παράλληλον τῷ κατὰ τὰν ΑΔ. ἐπιψαύσει δὴ τοῦτο



τὸ κωνοειδὲς κατὰ τὸ Β, καὶ ἐσσεῖται τοῦ τμάματος κορυφὰ τὸ Β σαμεῖον, ἄξων δὲ ἁ ΒΔ. ἐπεὶ οὖν τὸ ἐπίπεδον τὸ κατὰ τὰν ΑΓ οὐ ποτ' ὀρθὰς ἐὸν τῷ ἄξονι τετμάκει τὸ κωνοειδές, ἁ τομά ἐστιν ὀξυγωνίου κώνου τομά, διάμετρος δὲ αὐτᾶς ἁ μείζων ἁ ΑΓ. ἐούσας δὴ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς περὶ διάμετρον τὰν ΓΑ καὶ γραμμᾶς τᾶς ΒΔ, ἅ ἐστιν ἀπὸ τοῦ κέντρου τᾶς

2. τμᾶμα] scripsi; σχημα F, vulgo; „portionem" Cr. τομά]

planum segmentum abscindens perpendiculari, figurae sectio sit $AB\Gamma$ coni rectanguli sectio [prop. 11, a], plani uero segmentum abscindentis linea $A\Gamma$, et lineae $A\Gamma$ parallela sit linea $\Phi\Upsilon$ coni rectanguli sectionem contingens in puncto B, et linea $B\Delta$ ducatur axi parallela. ea igitur lineam $A\Gamma$ in duas partes aequales secabit.[1]) et in linea $\Phi\Upsilon$ planum erigatur parallelum plano in linea $A\Gamma$ posito. hoc igitur conoides in



puncto B continget [prop. 16, b], et uertex segmenti erit punctum B, axis autem $B\Delta$.[2]) iam quoniam planum in linea $A\Gamma$ positum ad axem non perpendiculare conoides secat, sectio erit coni acutianguli sectio, et maior eius diametrus $A\Gamma$ [prop. 12]. itaque quoniam data est sectio coni acutianguli circum diametrum ΓA descripta, et linea $B\Delta$ a centro coni acutianguli erecta

1) U. quadr. parab. prop. 1; cfr. supra p. 381 not. 3.

2) B uertex est propter p. 276, 7, $B\Delta$ autem diametrus segmenti (sectionis coni rectanguli) et diametro sectionis, hoc est axi conoidis, parallela (u. p. 383 not. 1); tum u. p. 276, 8.

om. F; corr. B. 3. κώνου] om. F; corr. Torellius. 8. $A\Delta$] $A\Gamma$? δή] scripsi; δε F, uulgo. 11. τῷ] τω τω F; corr. C*. 12. τετμηκει F, uulgo.

τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ἀνεστακοῦσα ἐν ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ἀνεστακότι ἀπὸ διαμέτρου ποτὶ τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐστιν ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά, δυνατόν ἐστι κύλινδρον εὑρεῖν τὸν ἄξονα ἔχοντα ἐπ' εὐθείας τᾷ ΒΔ, οὗ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἐσσεῖται ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομά. δυνατὸν δέ ἐστι καὶ κῶνον εὑρεῖν κορυφὰν ἔχοντα τὸ Β σαμεῖον, οὗ ἐν τᾷ ἐπιφανείᾳ ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰ ἐσσεῖται. ὥστε ἐσσεῖται τόμος κυλίνδρου τις βάσιν ἔχων τὰν τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰν τὰν περὶ διάμετρον τὰν ΑΓ, ἄξονα δὲ τὰν ΒΔ, καὶ ἀπότμαμα κώνου βάσιν ἔχον τὰν αὐτὰν τῷ τε τόμῳ καὶ τῷ τμάματι, ἄξονα δὲ τὸν αὐτόν. δεικτέον, ὅτι τὸ τοῦ κωνοειδέος τμᾶμα ἡμιόλιόν ἐστι τούτου τοῦ κώνου.

ἔστω δὴ ὁ Ψ κῶνος ἡμιόλιος τοῦ ἀποτμάματος τούτου. ἐσσεῖται δὴ ὁ τόμος τοῦ κυλίνδρου ὁ βάσιν ἔχων τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν διπλάσιος τοῦ Ψ κώνου. οὗτος γὰρ ἡμιόλιός ἐστι τοῦ ἀποτμάματος τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν, τὸ δὲ ἀπότμαμα τοῦ κώνου τὸ εἰρημένον τρίτον μέρος ἐστὶ τοῦ τόμου τοῦ κυλίνδρου τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν. ἀναγκαῖον δή ἐστι τὸ τοῦ κωνοειδέος τμᾶμα ἴσον εἶμεν τῷ Ψ κώνῳ. εἰ γὰρ μή ἐστιν ἴσον, ἤτοι μεῖζόν ἐστιν ἢ ἔλασσον. ἔστω δὴ πρότερον, εἰ δυνατόν, μεῖζον. ἐγγεγράφθω δή τι εἰς τὸ τμᾶμα σχῆμα στερεόν, καὶ ἄλλο περιγεγράφθω ἐκ κυλίνδρων τόμων ὕψος ἴσον ἐχόντων συγκείμενα, ὥστε τὸ περιγραφὲν σχῆμα τοῦ ἐγγραφέντος ὑπερέχειν

---

2. τᾶς διαμέτρου? 4. ευρ cum comp. ην uel ιν F. 6. ευρ cum comp. ην uel ιν F. 8. ὥστε ἐσσεῖται] scripsi; om. F, uulgo; ἐσσεῖται δή Torellius. 11. αποτμημα F, ut lin. 15.

in plano a diametro erecto ad id planum perpendiculari, in quo est sectio coni acutianguli, fieri potest, ut cylindrus inueniatur axem habens in producta linea $B\Delta$, cuius in superficie sit sectio coni acutianguli [prop. 9]. sed hoc quoque fieri potest, ut conus inueniatur uerticem habens punctum B, cuius in superficie sit sectio coni acutianguli [prop. 8]. erit igitur frustum quoddam cylindri basim habens sectionem coni acutianguli circum diametrum $A\Gamma$ descriptam, axem autem $B\Delta$, et segmentum coni basim habens eandem, quam et frustum et segmentum [conoidis], et axem eundem. demonstrandum est, segmentum conoidis dimidia parte maius esse hoc cono.[1])

sit igitur conus Ψ dimidia parte maior hoc segmento [coni]. erit igitur frustum cylindri basim habens eandem, quam segmentum, et eundem axem duplo maius cono Ψ. hic enim dimidia parte maior est segmento coni basim habenti eandem, quam segmentum, et eundem axem, segmentum autem coni, quod commemorauimus, tertia pars est frusti cylindri basim habentis eandem, quam segmentum, et eundem axem.[2]) necesse igitur est, segmentum conoidis aequale esse cono Ψ. nam si aequale non est, aut maius est aut minus. prius igitur, si fieri potest, maius sit. inscribatur igitur segmento figura solida, et alia circumscribatur ex frustis cylindrorum altitudinem aequalem

1) Fortasse scribendum lin. 14: *τούτου τοῦ ἀποτμάματος τοῦ κώνου*; cfr. lin. 15.

2) U. supra prop. 10 p 340, 8.

19, 20; corr. Torellius. 13. *τὸ τοῦ*] scripsi; *το* F, uulgo; *τοῦ* Torellius. *κωνοειδες* F; corr. Torellius. 19. *την αυτην*, utrumque per comp., F; corr. Torellius. 23. *δή*] scripsi; *δε* F, uulgo. 27. *σχῆμα*] om. F; corr. Torellius.

ἐλάσσονι, ἢ ἁλίκῳ ὑπερέχει τὸ τοῦ κωνοειδέος τμᾶμα τοῦ Ψ κώνου. καὶ διάχθω τὰ ἐπίπεδα τῶν τόμων ἔστε ποτὶ τὰν ἐπιφάνειαν τοῦ τόμου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν. πάλιν δὴ ὁ πρῶτος τόμος τῶν ἐν τῷ ὅλῳ τόμῳ ὁ ἔχων ἄξονα τὰν ΔΕ ποτὶ τὸν πρῶτον τόμον τῶν ἐν τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι τὸν ἔχοντα ἄξονα τὰν ΔΕ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ ἀπὸ τᾶς ΑΔ τετράγωνον ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΚΕ. οἱ γὰρ τόμοι οἱ ἴσον ὕψος ἐχόντες τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον ποτ' ἀλλάλους ταῖς βάσεσιν, αἱ δὲ βασίες αὐτῶν, ἐπεὶ ὁμοίαι ἐντὶ ὀξυγωνίων κώνων τομαί, τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον, ὃν αἱ ὁμολόγοι διαμέτροι αὐτᾶν δυνάμει, ἡμισείαι δέ ἐντι τῶν ὁμολόγων διαμέτρων αἱ ΑΔ, ΚΕ. ὃν δὲ λόγον ἔχει ἁ ΑΔ ποτὶ τὰν ΚΕ δυνάμει, τοῦτον ἔχει ἁ ΒΔ ποτὶ τὰν ΒΕ μάκει, ἐπεὶ ἁ μὲν ΒΔ παρὰ τὰν διάμετρόν ἐστιν, αἱ δὲ ΑΔ, ΚΕ παρὰ τὰν κατὰ τὸ Β ἐπιψαύουσαν· ὃν δὲ λόγον ἔχει ἁ ΒΔ ποτὶ τὰν ΒΕ, τοῦτον ἔχει ἁ ΑΔ ποτὶ τὰν ΕΞ. ἔξει οὖν ὁ πρῶτος τόμος τῶν ἐν τῷ ὅλῳ τόμῳ ποτὶ τὸν πρῶτον τόμον τῶν ἐν τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν ἁ ΑΔ ποτὶ τὰν ΕΞ. καὶ τῶν ἄλλων τόμων ἕκαστος τῶν ἐν τῷ ὅλῳ τόμῳ ἄξονα ἴσον ἐχόντων τᾷ ΔΕ ποτὶ ἕκαστον τῶν τόμων τῶν ἐν τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι τὸν αὐτὸν ἄξονα ἐχόντων τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἁ ἡμίσεια τᾶς διαμέτρου τᾶν βασίων αὐτοῦ ποτὶ τὰν ἀπολελαμμέναν ἀπ' αὐτᾶς μεταξὺ τᾶν ΑΒ, ΒΔ. δειχ-

---

2. διάχθω] addidi; om. F, uulgo. ἔστε] scripsi; εσσειται F, uulgo. 3. τάν] την comp. F; corr. Torellius. 5. τῷ] το F; corr. man. 2, ut uidetur. 6. ΔΕ] ΑΕ FBC*. 10. ἔχοντι] εχωντι F. 12. εχωντι F. 17. τὸ Β] ταν ΒΕ F; corr. Torellius. 20. τῶν] per comp. FB*. 23. ἐχόντων] εχοντα F; corr. B. ποτί] πρός

habentibus compositae, ita ut figura circumscripta excedat inscriptam spatio minore, quam quali segmentum conoidis conum Ψ excedit [prop. 20]. et plana frustorum producantur ad superficiem frusti basim habentis eandem, quam segmentum, et axem eundem. rursus igitur primum frustum totius frusti axem habens ΔE ad primum frustum figurae inscriptae axem habens ΔE eandem rationem habet, quam $A\Delta^2 : KE^2$. nam frusta eandem altitudinem habentia eandem rationem inter se habent, quam bases[1]), bases autem eorum, quoniam similes sunt coni acutianguli sectiones [prop. 14 coroll.], eandem rationem habent, quam quadrata diametrorum suarum sibi respondentium [prop. 6 coroll.], et lineae $A\Delta$, KE dimidiae sunt diametri sibi respondentes. est autem $A\Delta^2 : KE^2 = B\Delta : BE$ [quadr. parab. prop. 3], quoniam $B\Delta$ diametro parallela est [p. 399 not. 2], et lineae $A\Delta$, KE parallelae lineae in puncto B contingenti. sed $B\Delta : BE = A\Delta : E\Xi$ [p. 391 not. 4]. itaque primum frustum frusti totius ad primum frustum figurae inscriptae eandem rationem habebit, quam $A\Delta : E\Xi$. et ceterorum frustorum unumquodque eorum, quae in toto frusto sunt axem habentia lineae ΔE aequalem, ad unumquodque frustum figurae inscriptae eundem axem habens eandem rationem habet, quam dimidia diametrus basium eius ad eam partem eius[2]), quae inter lineas AB, $B\Delta$ abscinditur.

1) Cfr. prop. 10 p. 340.

2) H. e. diametri basis, eo circulo pro basi sumpto, qui in ea parte cylindri est, in qua est punctum B. cfr. p. 395 not. 3.

per comp. F; corr. Torellius. 26. τᾶν βασίων] scripsi; των βασιων F, uulgo; τᾶς βάσεως Nizzius. 27. τᾶν] των F; corr. Torellius.

θησέται οὖν ὁμοίως τοῖς πρότερον τὸ μὲν ἐγγεγραμμένον σχῆμα μεῖζον ἐὸν τοῦ Ψ κώνου, ὁ δὲ τοῦ κυλίνδρου τόμος ὁ βάσιν ἔχων τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν μείζων ἐὼν ἢ διπλασίων τοῦ
5 ἐγγεγραμμένου σχήματος. ὥστε καὶ τοῦ Ψ κώνου μείζων ἐσσείται ἢ διπλασίων. οὔκ ἐστι δέ, ἀλλὰ διπλασίων. οὐκ ἄρα ἐστὶ μεῖζον τὸ τοῦ κωνοειδέος τμᾶμα τοῦ Ψ κώνου. διὰ τῶν αὐτῶν δὲ δειχθησέται, ὅτι οὐδὲ ἔλασσόν ἐστιν. δῆλον οὖν, ὅτι ἴσον. ἡμιόλιον
10 ἄρα ἐστὶ τὸ τοῦ κωνοειδέος τμᾶμα τοῦ ἀποτμάματος τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν.

κγ'.

Εἰ κα τοῦ ὀρθογωνίου κωνοειδέος δύο τμάματα
15 ἀποτμαθέωντι ἐπιπέδοις, τὸ μὲν ἕτερον ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, τὸ δὲ ἕτερον μὴ ὀρθῷ, ἕωντι δὲ οἱ τῶν τμαμάτων ἀξόνες ἴσοι, ἴσα ἐσσούνται τὰ τμάματα.

ἀποτετμάσθω γὰρ ὀρθογωνίου κωνοειδέος δύο τμάματα, ὡς εἰρήται. τμαθέντος δὲ τοῦ κωνοειδέος ἐπι-
20 πέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος τοῦ μὲν κωνοειδέος ἔστω τομὰ ἁ ΑΒΓ ὀρθογωνίου κώνου τομά, διάμετρος δὲ αὐτᾶς ἁ ΒΔ, τῶν δὲ ἐπιπέδων αἱ ΑΖ, ΕΓ εὐθεῖαι, τοῦ μὲν ὀρθοῦ ποτὶ τὸν ἄξονα ἁ ΕΓ, τοῦ δὲ μὴ ὀρθοῦ ἁ ΖΑ. ἀξόνες δὲ ἔστων τῶν τμαμάτων αἱ ΒΘ, ΚΛ ἴσαι

---

1. ὁμοίως] syll. ως per comp. F. 7. μειζων F. 9. ελασσων F. 10. ἀποτμηματος F. 13. κε' Torellius. 15. αποτμηθεωντι F, uulgo (τ pro θ AB, ed. Basil.), ἀποτματέωντι Torellius. 17. εσουνται F, uulgo. 18. αποτετμησθω F; corr. Torellius. τμάματα] sic F, ut lin. 14. 20. Post ἄξονος haec uerba habet F, uulgo: καὶ ἄλλῳ ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, sed adparet, delenda esse. nam conoides secandum

itaque eodem modo, quo antea [p. 390, 11], demonstrabimus, figuram inscriptam maiorem esse cono Ψ, frustum autem cylindri basim habens eandem, quam segmentum, et eundem axem maius esse quam duplo maius figura inscripta [cfr. p. 392, 16]. quare etiam maius erit quam duplo maius cono Ψ.[1]) hoc autem non est, sed duplo maius. itaque segmentum conoidis maius non est cono Ψ. per eadem autem demonstrabitur, ne minus quidem esse. adparet igitur, aequale id esse. itaque segmentum conoidis dimidia parte maius est segmento coni basim habenti eandem, quam segmentum, et eundem axem.

XXIII.

Si a conoide rectangulo duo segmenta abscinduntur, alterum plano ad axem perpendiculari, alterum non perpendiculari, et axes segmentorum aequales sunt, segmenta aequalia erunt.

abscindantur enim a conoide aliquo rectangulo duo segmenta ita, ut dictum est. secto autem conoide plano per axem posito conoidis sectio sit $AB\Gamma$ coni rectanguli sectio, diametrus autem eius $B\Delta$ [prop. 11, a], planorum autem lineae AZ, $E\Gamma$, plani ad axem perpendicularis sectio $E\Gamma$, plani autem non perpendicularis linea ZA. axes autem segmentorum sint

1) Quia conus Ψ minor est figura inscripta.

esse et perpendiculari et non perpendiculari plano, iam lin. 18—19: *δύο τμάματα, ὡς εἰρήται* (lin. 14—16) dictum est. quare Nizzius male post *ἄξονα* supplet: *καὶ ἄλλῳ μὴ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα.* 21. $AB\Gamma$] $B\Gamma$ F; corr. Torellius. 24. *ἔστωσαν*] *scripsi; εστω F; ἔστωσαν* AD, BC*.

ἀλλάλαις, κορυφαὶ δὲ τὰ Β, Λ. δεικτέον, ὅτι ἴσον ἐστὶ τὸ τμᾶμα τοῦ κωνοειδέος, οὗ κορυφὰ τὸ Β, τῷ τμάματι τοῦ κωνοειδέος, οὗ κορυφὰ τὸ Λ.

ἐπεὶ γὰρ ἀπὸ τᾶς αὐτᾶς ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς δύο τμάματά ἐντι ἀφῃρημένα τό τε ΑΛΖ καὶ τὸ ΕΒΓ, καί ἐντι αὐτῶν αἱ διαμέτροι ἴσαι αἱ ΚΛ, ΒΘ, ἴσον ἐστὶ τὸ τρίγωνον τὸ ΑΛΚ τῷ ΕΘΒ· δεδείκται γάρ, ὅτι τὸ ΑΛΖ τρίγωνον ἴσον ἐστὶ τῷ ΕΒΓ τριγώνῳ. ἄχθω δὴ ἁ ΑΧ κάθετος ἐπὶ τὰν ΚΛ ἐκβληθεῖσαν. καὶ ἐπεὶ ἴσαι αἱ ΒΘ, ΚΛ, ἴσαι καὶ αἱ ΕΘ, ΑΧ. ἔστω δὴ ἐν τῷ τμάματι, οὗ κορυφὰ τὸ Β, κῶνος ἐγγεγραμμένος τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχων τῷ τμάματι καὶ



ἄξονα τὸν αὐτόν· ἐν δὲ τῷ τμάματι, οὗ κορυφα τὸ Λ, ἀπότμαμα κώνου τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχον τῷ τμά-

1. αλληλαις F; corr. Torellius. 2. τοῦ] addidi; om. F,

$B\Theta$, $K\Lambda$ inter se aequales, et uertices puncta B, Λ. demonstrandum est, segmentum conoidis, cuius uertex sit B, aequale esse segmento conoidis, cuius uertex sit Λ.

nam quoniam ab eadem sectione coni rectanguli duo segmenta abscisa sunt, $\Lambda\Lambda Z$ et $EB\Gamma$, et diametri eorum $K\Lambda$, $B\Theta$ aequales sunt, triangulum $\Lambda\Lambda K$ aequale est triangulo $E\Theta B$; nam demonstratum est, triangulum $\Lambda\Lambda Z$ aequale esse triangulo $EB\Gamma$ [prop. 3].[1]) ducatur igitur linea ΛX ad productam lineam $K\Lambda$ perpendicularis. et quoniam $B\Theta = K\Lambda$, erit etiam $E\Theta = \Lambda X$.[2]) inscribatur igitur segmento, cuius uertex est B, conus eandem basim habens, quam segmentum, et eundem axem, et segmento, cuius uertex est Λ, segmentum coni eandem basim habens, quam seg-

1) Et $B\Theta$, $K\Lambda$ diametri (prop. 11, a) sectionum bases in duas partes aequales diuidunt (prop. 3 p. 302, 9); tum u. Eucl. VI, 1.

2) Nam, cum bases $B\Theta$, $K\Lambda$ aequales sint, erit
$E\Theta B : \Lambda K\Lambda = E\Theta : \Lambda X$ (Eucl. VI, 1) $= 1$ (not. 1).

